

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Quarti ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150224

A subiectum sit principium substantiæ compositæ, ut materia.

¶ Ad secundum concedo, quod non requiritur nouum miraculum ad actionem agentis naturalis, quamdiu agens illud habet passum, sed quoniam non habet passum non potest agere, nisi per miraculum detur sibi passum: sed sicut a natura dari non potest, ita passum requisitum ad generationem non est hic, nec potest esse, vel fieri per agens naturale de aliquo, quod sit hic, & ideo oportet ad hoc, quod agens naturale possit agere hac actione, quod per miraculum redeat sibi passum proportionatum, nec tamen dico, quod quando redit de facto secundum quaram conclusionem, quod agens naturale ibi generet, sed solum Deus creat ibi substantiam compositam primo, sed si ulterior debeat sequi generatio alicuius de illa substantia, potest agens naturale ibi agere ad formam substantialem, quia habet passum sibi conueniens.

¶ Per idem patet ad tertium, quia necessario agit, quantum potest agere, non autem potest ibi agere ad formam substantialem, nisi sit ibi aliud receptibile a quantitate, ideo necessario requiritur actio diuina.

¶ Et si quæras an agat agens naturale ad hoc, quod substantia illa rediens actione diuina sit quantitas, vel quæ sit illa qualitate quam inducit in quantitatem, posset dici quod sic, quia cum posterius natura agat, quæ Deus in reducendo substantiam, & in illo posteriori habet passum receptum illius termini formalis, in quem potest, & per consequens potest illud pas-

sum afficere illo termino formalis. Vel potest dici oppositum, scilicet, quod non, quia non potest agens creatum informare subiectum aliquo accidenti, nisi prius habuerit aliquid repugnans, quod tollitur per actionem agentis huiusmodi. Sed hoc non est necessarium, quia si hic non præcedit ordine durationis contrarium, vel prædictio, non propter hoc tollitur actio agentis naturalis, quia bene potest agens naturale habere effectum sibi contrarium, & in seipso, ut de propria passione cōsequere subiectum, vel in alio, utpote si simul * crearentur sol & aer, simul fieret aer lucidus & niger a sole, & tamen non præcessisset in aere oppositam luminis.

¶ Ad quartum signanter dicit Augustinus, proprius motus, id est, qui sunt virtute propria eorum, sed talis non est, nisi qui habet subiectum conueniens, cuiusmodi non est quantitas ad susceptionem forme substantialis, & ideo * posita sola quantitate non potest substantia produci, nisi actione diuina.

SOLET ETIAM QUÆRI &c.

DISTIN. XIII.



Est ultima pars in qua magister de E. terminat de causa efficiencie consecrationis eucharistiæ, & diuiditur in duas: in principalem in qua determinat hanc esse causam conclusionem, quod a quocunque sacerdote bono, vel malo sacramento indistincte.

A indifferentem potest confici eucharistia: & incidentalem, quæ tangit de perceptione sacramenti huius. secunda, ibi. (Illud etiam sancti.) & sequitur epilogus, respectu istius tractatus totius, ibi. (De hoc celesti mysterio.) & pars incidentalis ibi, quis sit dicendus hæreticus, quæ incipit, ibi. (Ne autem isti ignorent.)

Circa hanc distinctio. quero duo. ¶ Primo, utrum sola actione diuina possit confici corpus Christi. ¶ Secundo, utrum quicumque sacerdos proferens verba consecrationis cum intentione determinata, & circa materiā conuenientem possit conficere eucharistiam.

QUESTIO. I.

Utrum sola actione diuina possit confici corpus Christi.

Ad primum sic proceditur, & arguitur quod nō, quia *Auctor. 6. principiorum dicit, quod omnis actio in motu firmatur. diuina actio non fundatur in motu, ergo Deus non causat aliquid per actionem suam. ergo nec hic.

¶ Item, ibidem. proprium est actioni ex se inferre passionem, sed hic nulla passio inferitur, ergo hic non est actio. Minor probatur, quia illa passio fieret in instanti conuersionis, sicut & actio. in illo autem instanti non manet panis, ergo tunc non est

passio in pane, sed ne tunc est corpus Christi, quia corpus Christi tunc per istam actionem non muratur.

¶ Item, quod non sola actione diuina. primo sic, agens naturale potest conuertere totum in totum. quia primo de Gene, dicitur quod generatio est conuersio totius in totum. ergo agens naturale potest in totam istam conuersionem, quia non videtur sibi impossibilis, nisi quia est totius in totum.

¶ Item, natura potest formare corpus Christi in esse naturali. ergo potest illud formare hoc secundum esse, quod habet in eucharistia. probatio antecedentis. Natura formauit corpus ex sanguinibus virginis. probatio consequentia. Idem esse est corpus Christi in vtero virginis, & in eucharistia, sed super idem esse ut terminum potest eadem virtus, ergo &c.

¶ Et si dicas, quod est idem esse tamen sub alio, & alio modo, & quod licet super primum modum possit natura, non tamen super secundum.

¶ Contra. esse fuit per se terminus istius actionis, non autem ille modus, ergo eodem esse manente per se manet idem terminus, & per consequens in illud posset eadem virtus.

¶ Nec potest dici, quod prohibetur propter modum, quia modus non repugnat ei, cuius est modus, ergo iste modus non repugnet illi esse, ergo quod potest in illud esse secundum se, non impeditur per quicumque modum eius, quin possit in ipsum.

¶ Et cōfirmatur iterum, quia maius est posse in esse quam in quem-

est corpus Christi, quia corpus Christi tunc per istam actionem non muratur.

¶ Item, quod non sola actione diuina. primo sic, agens naturale potest conuertere totum in totum. quia primo de Gene, dicitur quod generatio est conuersio totius in totum. ergo agens naturale potest in totam istam conuersionem, quia non videtur sibi impossibilis, nisi quia est totius in totum.

¶ Item, natura potest formare corpus Christi in esse naturali. ergo potest illud formare hoc secundum esse, quod habet in eucharistia. probatio antecedentis. Natura formauit corpus ex sanguinibus virginis. probatio consequentia. Idem esse est corpus Christi in vtero virginis, & in eucharistia, sed super idem esse ut terminum potest eadem virtus, ergo &c.

¶ Et si dicas, quod est idem esse tamen sub alio, & alio modo, & quod licet super primum modum possit natura, non tamen super secundum.

¶ Contra. esse fuit per se terminus istius actionis, non autem ille modus, ergo eodem esse manente per se manet idem terminus, & per consequens in illud posset eadem virtus.

¶ Nec potest dici, quod prohibetur propter modum, quia modus non repugnat ei, cuius est modus, ergo iste modus non repugnet illi esse, ergo quod potest in illud esse secundum se, non impeditur per quicumque modum eius, quin possit in ipsum.

¶ Et cōfirmatur iterum, quia maius est posse in esse quam in quem-

A quemcunque modū eius. ¶ Pra-
terea, ultimo sacerdos habet ali-
thor. intel quam actionem respectu con-
liguntur lectionis. ergo non sola actio-
appropriata ne Dei, conficitur eucharistia.
ta, quia antecedens probatur. non enim
opera ade requiritur intentio aliqua in ali-
stra sunt quo respectu alienius effectus,
inducta ad quē ipsum nullo modo est
realiter, si causa agens, sed intentio. sacer-
et modus dotis requiritur, ergo &c.
liter sint. ¶ Contra. prima q. prima in-
diuisa, p. ter catholicam, & sumitur ab
n. a. s. f. Aug. lib. de corpore domini. My-
lus a p. a. sterium corporis, & sanguinis
o. s. f. ab Domini perficitur virtute. s. f. &
virobis; sequitur. sicut Christus est qui
vide q. 9. baptizat, & ita ipse est, qui per
quoli. 2. r. spiritum sanctum hanc suā effi-
cit carnem, & transfundit in san-
guinem. ¶ Itē, Greg. 1. 1. Multi
a. l. suum. secularium. Vnus idemque. s. f.
in tota ecclesia inuisibiliter my-

steria corporis Christi, & ope-
rando sanctificat, & sanctifican-
do benedicit. Et istae duae au-
thoritates ponuntur hic in li-
tera.

A D S O L V T I O N E M
huius, quae sunt videnda. ¶ Pri-
mum, an actione diuina possit
hoc sacramentum cōfici, scilicet
eucharistia? & hoc tangunt
prima duo argumēta. ¶ Secūdo,
an actione agentis creati, vt
principalis agentis? & hoc tan-
gunt duo sequentia argu. ¶ Ter-
tio, an actione alicuius creati vt
instrumentaliter agentis, & hoc
tangit vltimum argumen. ¶ De

a. l. p. a. n. i. primo videtur manifeste quod
f. e. l. i. n. o. sic loquendo de actione com-
muniter, sicut Deus dicitur ha-
bere actionem circa creaturas,
quando aliquid nouum imme-
diate facit in eis, nisi quod non
est aequale facile videre, quomo-
do sit hic actio positiua, sicut in

creatione, quia non est hic al-
quod positiuum absolutum ac-
cipiens simpliciter esse, sed de
hoc actum est distinctio. 1. 1.
¶ Magis ergo proprie distingue-
do actionem cōtra relationem
habet huiusmodi articulus dis-
tinctionem.

E T D I C I T U R, q. hoc opus
non accipiendo actionem actio-
ne diuina, potest fieri, & sit huius-
modi conuersio, quod pro-
batur sic: non minoris virtutis
vel actionis est aliquid conuer-
tere in praexistens, quam in nō
praexistens, sed si conuertere-
tur a dicto panis in non praexi-
stens, esset ibi simpliciter actio
diuina, qua illud non praexi-
stens produceretur, quia produ-
ci non posset, nisi aliqua actio-
ne, non resolutione, ergo, & nūc
est actio, & non tantum relatio.

¶ Item, creatio est vera actio,
sed nō minus posset remi-
nus istius conuersionis accipe-
re esse, quam terminus crea-
tionis, scilicet si hae conuersio
fieret in non praexistens, quod
totaliter acciperet esse per con-
uersionem istam. ergo, & cate.
Maior licet videatur plana. ta-
men probatur accipiendo actio-
nem strictē, vt dictum est. quia
si creatio esset tantum relatio,
ergo creare esset tantum referri,
sed cum creare sit Deum vel-
le rem esse, tunc velle diuinum
esset tantum relatio, vel referri.
quod videtur inconueniens.

¶ Item, Deus habet actio-
nem proprie dictam ad intra.
ergo a quē, vel magis proprie
dictam ad extra, & sic in pro-
posito. probatio antecedentis.
quia si generatio non esset
actio proprie dicta, vt contra re-
lationem distinguitur, sequere-
tur

Atur quod generatio esset tantum relatio, & tunc generare, & dicere esset tantum referri, quod est inconueniens.

Item, ad hoc idem de actione proprie dicta ad intra arguitur, correlatiuum non est causa sui correlatiui, quia sunt simul natura, sed producere est causa, vel principium producti, & constat quod formaliter per productionem, ergo productio illa non est sola relatio ad productum, quia tunc esset omnino simul cum ipso, & non prior nec haberet rationem cause.

Ultimo arguitur, & est ratio communis ad actionem ad extra, de qua sunt prima duo argumenta, & ad actionem ad intra, de qua sunt duo alia, & arguitur sic. 5. Me. c. de ad aliquid.

Relatio secundi modi fundatur super actionem & passionem, sed relatio non fundatur super relationem, ergo actio non est tantum relatio. Si arguis contra hanc opin. quia secundum Boetium lib. de tri. & videtur su-

mi ab Aug. 5. de trin. c. 10. & cōi ter videtur accipi a doctoribus, in diuinis non manent nisi duo genera, scilicet substantia & relatio. ergo non actio, ut distinguitur contra relationem. Dicitur quod sub relatione comprehendit actio proprie dicta, quia respectum dicit aliquem, sed non proprie relationem. Et hoc videtur posse confirmari per Aug. 5. de trin. c. 2. ubi excludit a Deo singula predicamenta, & tamen

per factum videtur concedere, quod ipse sit proprie faciens quantum ad predicamentum actionis, sed sine

AD * H. V. I. V. S. autem distictus intellectus, ut actio

distinguitur contra relationem, an conueniat Deo ad intra vel ad extra generaliter, & ex hoc specialiter in proposito, oportet videre rationem actionis, secundum quod ponitur distingui a relatione. Actio enim non potest poni aliquid absolutum, secundum quod ponitur genus unum illorum, id est distinctum, probatio, quia tunc esset noua forma, & tunc sequeretur duo inconuenientia. Vnum generale, scilicet quod ad actionem esset actio, & sic in infinitum, & est ratio Arist. 5. Phy. quod probat, quod ad actionem non potest esse motus.

Qualiter autem hoc sequatur patet, quia ad formam absolutam nouam potest esse aliqua actio, quia illa forma non est a se, nec a nihilo: ergo est ab aliquo agente. Secundum inconueniens speciale, scilicet distinguendo de subiecto, in quo ponitur, si est in agente, ergo omne agens ante mutaretur secundum formam absolutam, quod passum mutaretur ab ipso, quia passum non mutatur ab ipso, nisi iam habente actionem. Agens autem ad hoc, quod habeat istam actionem, cum sit forma absoluta noua, oportet quod mutetur ad ipsam.

Respondetur quod non, quia motus est actus entis in potentia passiva, actiuum autem antequam agat est in potentia actiua, & ideo exitus eius de hac potentia ad actum non est motus, nec mutatio. Contra. si actio est forma absoluta, & noua in agente, necesse est quod habeat aliquod susceptiuum, quia non est per se subsistens, tunc enim nihil diceretur formaliter agens per ipsam, sicut nec aliquid dicitur formaliter quan-

ad l. vel aut tam.

l. c. 1. 1. 1.

D

l. c. 1. 1. 1.

l. c. 1. 1. 1.

l. c. 1. 1. 1.

A quantum per quantitatem separaram. susceptiuū autem habet aliquam potentiam susceptiuā, vel passiuam, respectu susceptibilis, ergo actiuum ante actionē erit in potentia passiuā ad actionē. ¶ Et quod habet potentiā passiuam, quāque sub priuatione, quāque sub forma mutat proprie, ergo sequitur propositū, quod agēs proprie mutetur. ¶ Quod autem adducitur ibi, quod actio est actus potentie actiue; verum quidem est simpliciter, sed difficile est hoc saluare secundum istā hypothesim. I. supponendo, quod actio sit quid absolutum in agente, non enim potest esse potentie actiue ut susceptiuū, quia hoc est contra rationē potentie susceptiue vel passiuę, nec potest esse eius, ut elicitus, probō. quia non ut ab ipso, quod est proprie esse eius, ut actiue, quia tunc actiuū, ut actiuū, per formā absolutam priorē actione ista actiue se trāsmutaret ad istam actionem, & tunc esset quod actio adhuc vltior, quomodo aliquid trāsmutaret seipsum ad illam priorem actionem, & sic in infinitum. Sed tenendo istā hypothesim oportet dicere quod actio licet sit potentie actiue, quali tunc est actus alicuius potentie passiuę, quia hoc est vniuersaliter verū de omni forma, quod non est separata ab omni susceptiuo. ¶ Si et dicatur secundum hanc hypothesim, quod sit in patiente, sequitur etiam inconueniens. I. quod non potest aliquid passum pati secundum formam de genere quantitatis, vel qualitatis, quin simul duratione, & forte prius natura patiatur secundum formam absolutam alterius generis. I. secundum actionem, quæ ponitur esse forma absoluta alia a qualita-

te, & quantitate. consequens vniuersale conueniens maxime de forma priorē, & posteriore quod non possit subiectū pati secundum formam absolutā de genere priorē, nisi patiatur secundum formam posteriorē, quæ non est propria passio prioris, patet, quia albedo potest manere in subiecto post actionē trāseuntē. ¶ Sic ergo probata est hæc negatiua, quod actio ut ponitur genus distinctū contra alia nouē genera, non est forma absoluta noua, neque in agente, neque in patiente. ¶ Nec potest poni forma absoluta, sed non noua, immo coque illi, in quo est per se duo, ut prius. ¶ Primum est vniuersale, quia tunc actio esset, & non circa aliquid passum, quod non esse contra rationem actionis, quia secundum auctorem sex principiorum, Actio requirit non solum, quod agat, sed in quid agat. ¶ Videtur et hoc probari ratione, quia non dicitur vniuersaliter est actio, quando nihil agitur, & quando aliquid agitur, quia si quod nihil agitur agēs eque agit, sicut quod aliquid agitur, ergo non est maior ratio quare illud postea sit quod modo non, aliquid sit, nisi quia agēs agit, & per te nunc ita agit, sicut postea quando res accipit esse, unde breuiter non videtur intelligere rationem actionis qui ponit eam ita absolutam quod simpliciter nullum respectum habeat ad productū, vel passum, immo nec actio in diuinis est quod semper per eam aliquid vel aliquis accipiat esse, nec Deus semper agit actione ad extra eque ante mundum, sicut in creatione mundi. ¶ Secundo etiam distinguendo ut prius, de subiecto, quia si ponatur forma absoluta ut coque illi, in quo est, & cum hoc in agente, sequitur quia nunquam aliquid

a. l. vlt. citius, sine ab ipso quod est proprie etc.

a. l. quali ut oportet

a. l.

qua

A qua actio incipit, vel desinit esse, nisi quando forma actiua ad illam actionem incipit vel desinit, & tunc quamdiu calidū est calidum manet calefactio, & p consequens qñ calidum impeditur contrario æque agit sicut qñ non impeditur, & quando terminus actionis est inductus in passum semper post æque manet actio sicut ad inducendum terminum, ponere autem actionē esse formam absolutam, & in passu eam sibi, est omnino irrationabile, qd destructo agente adhuc esset actio eadem, in passu simul etiam pateretur idē passum a contrariis actionibus, si potest succellue a contrariis agentibus pati. ¶ Ex his sequitur qd actio est genus distinctum ipsum, vt se per se non dicit nisi respectum. ¶ Vterius si omnes respectus habeant vnam rationem communem quiditatiuā respectus, non poneretur, nisi vnum genus respectuum, & ita non nisi quatuor prædicamenta. Si ergo debet saluari illa famosa diuisio prædicamentorū, quia secundum Aui. 3. Met. cogimur obleruare illam diuisionē prædicamentorū famosam, qua dicuntur esse. 10. generalissima, cogimur inquam propter philosophorum antiquam auctoritatem, cui non debet facile contradici, necesse est dicere qd respectus habeat sufficientes rationes formales, sufficientes inquam ad distinctionem generum. ¶ Hac autem differentia sufficiens ad illud, quæ probabilius colligitur ex dictis auctorum, est respectus extrinsecus, & intrinsecus adueniens, vnde dicatur intrinsecus adueniens, qui necessario consequitur ambo extrema in actu

posita, vel quod idem est necessario consequitur suum fundamentum termino non excluso, sed posito, extrinsecus autem est qui non consequitur necessario extrema etiam ambo simul in actu posita. Ex tunc illa sex principia de quibus agit Auctor sex principiorum pro tanto non sunt species relationis, quia relatio dicit respectum intrinsecus aduenientem, illa autem dicuntur in quo, vel respectus extrinsecus aduenientes: cui adus actio ergo erit respectus extrinsecus adueniens. ¶ Sed cuius videatur qd passio, quia. 3. phy. vult philosophus qd actio & passio fundantur in motu, motus autem est in passu, & qd non distinguitur formaliter nisi p esse ab hoc & in hoc. ¶ Sed contrarium videtur, quia in eodem est respectus & fundamentum. tō fundamenti vt videtur hoc ostendit. sed potentia actiua quæ est fundamentum actionis est in agente. ergo. ¶ Item, in eodem non sunt respectus oppositi saltem ad idē, nec vniuersaliter necessario simul, passio autē, vel respectus passionis vniuersaliter est in passu, non ergo necessario in eodem est respectus oppositus actionis. ¶ Item, in quocunque est forma aliqua, illud est simpliciter tale secundum formam illam, omnino enim irrationabile videtur qd forma sit in aliquo, & non constituat ipsum informatum sibi ipsam. ergo si actio est formaliter in passu, passum erit formaliter agens. ¶ Dicitur ergo qd actio est respectus extrinsecus adueniens, & in agere vt i subiecto, in forma autē qd potest actiua, vt in fundamento proximo. Similiter passio dicit respectum oppositum correspondentē isti,

Bar. Hi. vult vide
re doctores
in quo, vel
cui adus
nisi ipsa a-
ctio.
Var. li. 8.
dist. 1. q.
5. & in
4. mate-
ria de eu-
charisti a
questione
vlti. in so-
lu. primi
ar. primo.
t. c. 22. &
in praece

caus. 1. 2.

isti,

A iisti, & in passio ut in subiecto. & in potentia passiva, ut in fundamento proximo. ¶ Uterius in speciali agens creatum habet respectum ad terminum primum, siue totalem, qui dicitur productum, & ad terminum qui dicitur formaeducta, vel inducta, & ad subiectum illius forme quod est passum, vel transmutatum. **B. respectus** alij & alij, probatur quia sunt ad alios terminos, probatur etiam per aliud, quia respectus correspondentes eorum sunt omnes alij & alij, respectus enim producti ad producens est, sicut dependentis ad illud ad quod dependet, & hoc simpliciter secundum suum esse, sicut simpliciter accipit esse, respectus autem transmutabilis ad transmutantem non est simpliciter dependentis secundum esse, transmutabilis enim secundum suum esse simpliciter concurret cum agente, ut concausa, nec accipit simpliciter esse ab ipso, sed tantum accipit esse secundum formam quam inducit. Respectus etiam producti, & inducti patet, quod sunt alij, & si uterque sit dependentis a producente, quia illud primo dependet, quod a primo accipit esse, & hoc est productum. illud secundario, vel per accidens dependet, quod secundario accipit esse, & hoc est eductum, vel inductum. Istorum trium respectuum ex parte agentis duo primi non sunt extrinsecus aduenientes, quia vel agens non habet relationem realem ad productum, vel inductum, sicut est de Deo producente creaturam, vel aliquid in creaturis, vel si habet necessario consequitur fundamentum posito termino. hoc

est manifestius de respectu consequente in productum, vel eductum, quod scilicet non est extrinsecus adueniens, quia necessario sequitur fundamentum posito termino. Ille autem respectus est ad passum est extrinsecus adueniens, quia bene possibile est actuum & passum esse, & etiam approximata, & tamen non habere istum respectum, quod agens sit illud a quo transmutatur. nec illud ab ipso transmutetur, ut patet, si est aliquod impediens actionem, ergo actio cum sit respectus extrinsecus adueniens, ut prius est deductum, erit habitudo agentis ad passum transmutatum. ¶ Et hoc confirmatur per philosophum. 3. Meta. qui diffinit potentiam actiuam esse, principium transmutandi aliud in quantum aliud. Sicut autem potentia activa est principium transmutandi, ita actio quae est actus potentiae actuae erit transmutatio alterius. i. passum in quantum alterum est. Duo autem alij respectus, scilicet productionis, vel inductionis, & hoc sine actiue, siue passive pertinebunt ad genus relationis proprie dictae, quia sunt intrinsecus aduenientes. ¶ Ex dictis patet equiuocatio multiplex huius nominis, actio. ¶ Vno enim modo dicitur de operatione prout intellectio vel volitio dicitur operatio, & tamen rei veritate est aequalitas ut de claratum est lib. 1. distin. 3. Alio modo actio dicitur per se habitudinem, vel respectum. Et quandoque accipitur hoc nomen actio pro respectu producentis ad productum, sicut dicitur patet esse causa agens filij. Quandoque autem pro respectu inducentis ad inductum, vel eductum.

¶ 1. primo

¶ 1. primo

Agentis ad educendum, ut calidum
dicitur causa agens caloris in li-
gno. Quandoque etiam acci-
piuntur hoc nomen actio pro re-
spectu, includendo tamen illud re-
spectum, quem exprimit hoc, quod
est ab alio, sicut in 3. physicorum.
Aliquando etiam pro respectu
transmutantis ad transmutatum
iuxta illam descriptionem lib. 1.
6. prin. Actio est secundum qua
in illud quod subicitur agere
dicimur. Actio secundum pri-
mam significationem est for-
ma absoluta & in genere quali-
tatis, ut dictum est. secundum au-
tem secundam & tertiam est
respectus intrinsecus adueniens,
& sic proprie in genere relatio-
nis, secundum vero * quartam
B facile est genus distinctum,
ut huc ut prius est probatum per Arist.
1. 2. 3. Metaph. & per distinctionem re-
spectuum qui non pertinent ad
genus relationis a relationibus
proprie dictis, quæ sunt in gene-
re relationis, & patet per descri-
ptionem nunc adductam. secun-
dum quintam significationem,
si tamē sit significatio huius no-
minis, sicut communiter expo-
nitur, ut ibi Philosophus, patet quod
actio quantum ad illud conno-
tatum pertinet ad aliquod ge-
nus absolutum, secundum quod
passum transmutatur, ut pote
quantitatem, vel qualitatem &
huiusmodi & sic dicit ibi philo-
sophus de actione, quod est opus &
finis huius, scilicet actui, opus autem
& finis huius est ipsa forma ab-
soluta in passio, licet ut si uisus lo-
quendo de agente per motum,
unde præmittit ibi quod motus est
actus & actui & passui, actui
ut ab ipso, passui ut in ipso. Ille
autem motus secundum Com-
mentatorem realiter est forma

fluens, dicitur ergo actio ibi ip-
sum actum, siue opus, vel finis
agentis, in quantum est ab ipso
agente. Et quia ista duo, scilicet res ac-
ta, & esse ab, nihil unum per se
constituunt si nomen actionis
in ista quinta significatione si-
gnificet conceptum per se unum
non significabit ambo, sed alte-
rum. Et rationabile est quod princi-
paliter formaliter significet, & co-
horet illud quod est materiale,
ut in alijs nominibus importan-
tibus talia diuersa, & tunc non
oportet querere ad quid genus per-
tineat ratione connotati, quia
potest pertinere ad tot genera,
ad quod forma causata in passio
ab agente. Sed ille respectus ab
alio qui formaliter importatur
per nomen actiui, in hac quin-
ta significatione adhuc videtur
equiuoce intelligi, vel. scilicet ut ab, vel
a producente seu inducente, vel
ab, ut a transmutante: & secundum
primum intellectum pertinet
ad genus relationis, sicut & ip-
sa productio, vel inductio pas-
siua, ut prius est dictum: secundum
ultimum pertinet ad ge-
nus passionis, sicut & transmuta-
tio passiua. Et si obijcias quod
hoc repugnat Aristoteli in 3. physico.
qui uult ut formale in actione,
secundum quod distinguitur, a passio-
ne sit esse ab alio, ergo illud non
dicit respectum de genere pas-
sionis. Respondet Aristoteles, non
loquitur ibi de actione secun-
dum quod est genus distinctum co-
tra passionem, sed de actione se-
cundum aliam significationem
nominis, scilicet actum & non
ut productum, nec ut inductum:
cum enim præmisset de actu
actui, & actu passui, hæc enim
actio est. scilicet actus actui, illud au-
tem passio, actus passui, proban-
do

3. phys. 2. d.
4. et inde.
Idem. 5.
phys. 2. d. p.

D

t. c. 19. 21
2. 2. 6. ut
supra.

2. 2. 6. ut
supra.

Expositio A do primam subdit, opus autem
singula & finis actus huiusmodi est a-
vis. ctio, illius autem passio, accipit
 ibi actionem pro opere, &
 sine agentis, illud autem est for-
 ma acta in passio, quæ ut fluens
 est motus. ¶ Ex hoc patet solu-
 tio ad quandam obiectionem
 prius factam ex illa litera: conce-
 dens enim Aristoteli ibi actionem
 esse in passio, & non in agente,
 quia tunc agens moueretur, lo-
 sophi. quitur de actione secundum hanc
 phy. ut pa-
 ter supra.

Bar. Hac obiectio
fuit Var- denda enim Aristoteli ibi actionem
romis ex esse in passio, & non in agente,
verbis phi quia tunc agens moueretur, lo-
sophi. s. quitur de actione secundum hanc
phy. ut pa- quintam significationem, non au-
ter supra. tem secundum quod actio est ge-
 nus distinctum contra passio-
 nem, illo enim modo accipien-
 do actionem actione formaliter
 aliquid est agens, sicut relatione
 est relatum, & sic necesse est il-
 lud quo, esse intrinsecum illi, quod
 dicitur esse tale per ipsum, sicut
 similitudinem esse in simili.

Aliter potest dici, quod ab hoc po-
 test accipi æquiuoce, vno modo
 ut est relatio appposita ei, quod
 est a quo aliud, & tunc debet in-
 telligi aliquid præcedens, quod
 specificatur per ab hoc, ut pote-
 qui ab hoc, vel quod ab hoc, &
 hoc modo ab hoc non pertinet
 ad genus actionis, sed magis re-
 spectus oppositus. scilicet a quo aliud.
 Alio modo ab hoc accipitur, non
 ut determinat aliquid præcedens,
 & tunc idem est cum isto respec-
 tu a quo, & hoc modo concedi
 potest pertinere ad genus actio-
 nis, sed isto modo non est motus,
 qui est in passio, nisi tantummodo
 * determinatiue, & hoc
 sufficit ad saluandum verba Ari-
 stoteli, ibidem, vult enim quod actio &
 passio sunt idem, sicut via ab
 Athenis ad Thebas, & e converso:
 non intelligo quod intelligatur ibi
 vna via pro ipsa magnitudine,
 super quam sit motus, sed pro

ipso motu hinc illuc, & e converso
 id, ut patet per aliud exemplum,
 quod posuit de distantia hinc
 illuc, & illuc huc super idem ipso
 tium, ubi vult quod illa sint eadem &
 materialiter propter identita-
 tem spatij, sed alia formaliter,
 ita hic, motus est illud, per quod
 dicitur agens per respectum ab hoc
 hoc, intelligendo per ab hoc, re-
 spectum a quo. In mobili etiam
 fundatur e converso respectus
 ad agens. Et isti duo respectus
 habent aliquid idem materiali-
 ter, ut motum, sed formaliter
 sunt alij, & in alijs subiectis, pre-
 misit enim ibi in principio illius
 * capituli de actione quod oportet
 inesse actum utrique. scilicet motui
 uo, & mobili, mobile enim est
 in ipso posse, mouens autem in
 operari, ergo illum actum mou-
 uentis quem ponit operari, vult
 inesse mouenti. ¶ Et si obijciat
 quod in fine capituli dicit, quod cum
 insunt hæc actio & passio super
 ple motus est. Potest dici quod alia
 litera habet motus inest, vel ista
 litera potest sic exponi, non cui in-
 sunt ut subiecto vel fundamen-
 to, quia nec passio de genere pas-
 sionis inest motui vel fundamen-
 to, quia respectus fundatus su-
 per motum ad agens est intrin-
 secus adueniens, cum motus sit
 forma ipsa inducta vel educata,
 sed cui insunt hæc, alterum ter-
 minatiue. scilicet actio, & alterum quasi
 subiectiue quia concomitantur
 in eodem subiecto ut passio, quia
 tamen varie videtur ibi loqui de
 actione & passione, non potest
 faciliter haberi certa intentio
 eius, nisi exponendo totum il-
 lud cap. quærat ergo ibi, quia
 hoc esset nimis prolixum.

A D P R O P O S I T I V M
 ergo in speciali dico, quod si quis

a. l. deter-
 minatiue.
 2. 6. 2. 1.

A ad diuina transferuntur gñā, qđ
est expositū. i. li. di. g. nō trans-
fertur aliqua actio de genere
actionis, & hoc ad intra, vt sic
quantū ad omnia intrinseca sim-
plicitate sit illa propositio vera. s.
q. tantum sunt ibi duo genera
relatio, & substantia. Neque et
conuenit Deo aliqua actio de
genere actionis, respectu cuius-
cunque totaliter producti, cuius
non precessit aliqua pars po-
tentialis. Et probatio cōis, tam
de productione ad intra, quā
de productione totali ad extra
(cuiusmodi est creatio) ista est,
quia ubi est totalis productio,
non de aliquo passio seu * poten-
tiali, ibi deficit illud quod requi-
ritur ad actionem p̄prie dictā,
B quā semper est in passum s̄m
philosophum. 5. Me. & auct. 6.
prim. sed nec pater producti fi-
lium de aliquo potenciali, vel
quali potenciali, vt ostensum est
i. lib. di. 5. nec creat de aliquo
passio transmutato. ¶ Alia cōis
probatio est, quia actioni corre-
spondet passio p̄prie dicta, q̄
est respectus extrinsecus adue-
niens, sicut & ipsa actio. In diui-
nis autem ad intra nullus potest
esse respectus extrinsecus adue-
niens, quia quilibet summe ne-
cessario oritur ex natura fun-
damenti, nec ibi, nec in creatio-
ne potest esse * respectus passio-
nis extrinsecus adueniens. quia
productū, siue extra, siue intra
summe necessario refertur ad p̄-
ducentē, de intra non est dubiū,
sed de extra probo, quia impossi-
bile est aliquā relationē magis
intrinsece creaturæ inesse, quam
illa quæ est ad creatorem, intan-
tum, q̄ illa est idem realiter fun-
damento, vt ostensum est lib. 2.
di. 1. ¶ Est tamen tā ad intra, q̄

ad extra in totali productione
actio aliqua diuina, accipiendo
actionem non pro aliquo de ge-
nere actionis, sed pro aliquo
correspondente illi actioni de
genere actionis, sicut in produ-
cto nō est passio de genere pas-
sionis, sed passio æquiuoce di-
cta ad passionem correspon-
dentem actioni de genere actionis.
Et ista æquiuocatio nōis actio-
nis dicta est prius, cuius similis
pōt continere in nomine pas-
sionis. vnde productio actiua,
vel actio in diuinis est tantum
actio relatio realis, tamen simi-
liter productio passio ad extra
autem productio actio est rela-
tio rationis, & e converso pro-
ductio passiva relatio est realis,
sicut dictum est primo li. di. 30. D
¶ Sed in proposito de ista con-
uersione nunquid ponenda est
ibi actio diuina? ¶ Dico q̄ sic,
accipiendo actionem pro rela-
tionē rationis, sed de actione
correspondente actioni de ge-
nere actionis magis est dubiū, si
enim ibi tantum conuertatur
substantia in substantiam, ita q̄
transsubstantiatum ibi sit, nihil
non potest ibi saluari passio pro-
prie dicta, nec per consequens
actio, sed si ponatur secundum
aliā viam, quam supra posui,
quod hæc conuersio est substan-
tiæ panis vt hic, in corpus Chris-
ti vt hic, & sic sit ibi corpus
Christi passum recipiens præ-
sentiam nouam, tunc potest di-
ci q̄ hic est p̄prie passio in cor-
pore, & ita actio correspondens
proportionalis actioni de gene-
re actionis, nec ista repugnat
Deo? potest enim Deus trans-
mutare aliquod passum, sicut
natura potest, & ita transmu-
tatio passiva est passio pro-
prio. Sco. sup. 4. Sen. B b p̄prie,

Diff. 10.
& 11.

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

ad 23. C

A prie, & actiua est actio correspon-
dens generi actionis, non tantum
relatio, & tunc oportet dicere,
quod genus actionis aliquo modo
secundum praedicationem pro-
portionalem possit ad Deum
transferrī, sed non ad intra. **H**ac
duarum sententiarum pri-
ma videtur difficilius, immo non
videtur bene intelligibile quo-
modo sit aliqua noua actio rea-
lis sine termino, & ad minus ali-
qua realis relatio noua siue for-
ma absoluta, haec autem exce-
pta destructione panis cuius ter-
minus ad quem est non esse pa-
nis prout est aliqua versio posi-
tiua non habet talem formam
absolutam secundum omnes in
corpore Christi, relationem rea-
lem ergo nouam ad minus o-
porteret ponere ibi, & hoc ad a-
gens, nec videtur quod illa possit
B esse noua, nisi aliquid realiter
sit nouum in illo corpore, pro-
pter quod magis nunc dicatur
terminare actionem realem Dei,
quam prius.

AD ARGUMENTA

contra istum articulum. **¶** Ad
primum, cum dicitur, relatione
nihil producit, productione
aliquid producit, ergo relatio
non est productio. haec ratio non
debet aliquem intelligentem mo-
uere: productio enim diuina qua
Deus producit aliquid ad extra
non est absolutum in eo secundum
omnes, quia secundum ni-
hil absolutum in se respicit crea-
turam, ergo necesse est omnes
dicere illam productionem, qua

B. Ex hoc dicitur Deus produces esse * re-
habes dis- spectum, sed quid magis incon-
ferentiam ueniens est dicere, quod relatione
inter res producat, quam quod respectu pro-
ducat ducat. quicquid enim videtur
pro. argon esse contra istud relatione pro-

ducit, oporteret quod acciperetur
ex aliquo medio communi cum
in respectu, prout forma abso-
luta in genere potest se habere
ad productionem, eo modo quo
nullus respectus potest. **¶** Se-
cundo manifestum est, quod pro-
ductum magis formaliter pro-
ducitur productione passiuam, iuxta
quod productione actiua agentis,
sed illa productiua non est pas-
sio de genere passionis, quia non
est extrinsecus adueniens, sed
maxime intrinsecus oritur ex
fundamento. ergo est relatio pro-
prie dicta, ergo * creatum pro-
ducitur productione formaliter
relatione proprie dicta. **¶** Di-
co ergo ad argumentum * quod
vtraque praemissa est amphibolo-
gica, potest enim ablatiuus con-
strui in ratione formalis princi-
pii proximi, vel remoti, & ista
multiplicitas vniuersaliter acci-
dit quando aliquod abstratum
constituitur in ablatiuo cum est
quo concreto * denotante re-
spectum. haec enim est vera, simi-
le est simile similitudine, in-
telligendo ablatiuum constitui
in ratione formae proximae de-
nominantis. Et similiter haec est
vera, simile est simile qualitate,
intelligendo ablatiuum constitui
in ratione principii formalis re-
moti. Et haec est vera, calidum
calore calefacit, & hoc calidum
calefactione calefacit, sed in alio
sensu. **¶** Ad propositum, si vtrobi-
que constituatur ablatiuus in
ratione formae proximae de-
nominantis, minor propositio est
vera, & maior falsa, quia produ-
ctio illa qua formaliter produci-
tur, est relatio, & ita est syllogis-
mus ex oppositis, sicut ille, nul-
lus homo currit, fortes currit.

igitur fortes non est homo, & nec mirum, si infert conclusio- nem impossibilem, immo incō- possibilem secundum artem se- cundi priorum, accipiendo au- tem maiorem negatiuam, pro- ut ablatius construitur in ra- tione principij formalis remo- ti, & minorem affirmatiuam, prout ablatius construitur in ratione formæ proximæ deno- minantis. sic utraque est vera, sed tunc inferendo, quod pro- ductio non est relatio, fit figura dictionis mutando rationem, principij formalis proximi, in ra- tionem principij formalis remo- ti, vel econuerso, vel, ut magis lo- gice dicatur, conmutando ab- solutum in respectiuium: nam principium remotum respectu cuiuscunque denominati * re- lativæ, est absolutum, principiu autem proximum est respectus, & forte posset hic poni figura di- ctionis secundum primum mo- dum ex simili terminatione, nec * vique apparet alibi ita cui- denter, sicut in talibus paralo- gismis. hoc enim est propter si- milem terminationem causalem, quæ ostendit similem constru- ctionem casuum, & in hoc deci- pit secundum amphibologiam, quantum ad præmissas, appa- ret enim q̃ possit inferri, ac si in eodem casu similiter termi- nata similem sententiam signi- ficarent in præmissis.

¶ Ad secundum, non est in- conueniens concedere creatio- nem Dei esse relationem ratio- nis, cum necesse sit dicere crea- tionem creaturæ non esse pas- sionem de genere passionis, sed relationem proprie dictam.

¶ Et cum infer, ergo Deum vel- le creaturam esse, est referri, nō

sequitur, * creare enim significat C relationem rationis, & conno- tat actum essentialem diuinum intrinsecum, non tantum abso- lute, sed vt transit super obiectū extra. Deum autem velle crea- turam esse, principaliter dicit quod est actum diuinum, licet connotet transitum eius super obiectum. modo non sequitur, quod prin- cipaliter dicit relationem, est re- latio. ergo illud quod quasi fun- damentaliter connotat relatio- nem est relatio, vade in forma arguendi est figura dictionis, quia mutatur ad aliquid ad se, sicut si argueretur sic, similem esse est referri, sed album esse est simile esse. ergo album esse est referri. nihil valet.

¶ Ad tertium, si hæc est vera, generatio est relatio. vt osten- sum est distinc. 27. primi lib. & vniuersaliter ab abstractis tenet consequentia ad concreta, licet quandoque non econuerso, nul- lum erit inconueniens, immo necessarium, q̃ generare erit re- ferri. Sed si vis fiat in verbis, & habeatur pro inconuenienti, q̃ generare, vel dicere sit præcise referri. dico quod * inferius nō est præcise superius, quia est su- perius cum aliqua differentia addita. sicut homo non est tan- tum animal, sed simul rationale. ita dico q̃ generare dicit rela- tionem, sed talem scilicet pro- ductiuam per naturam, & dice- re relationem producendi per intellectum, & ideo generare nō est tantum referri. Sed referri relatione originis, fundata su- pra memoriam secundam, & di- cere referri relatione originis fundata sup intellectū secundū.

¶ Ad quartum, cum dicitur q̃ relatiuium non est causa sui cor-

*B. нис
опротив
бѣт в
г. quolib.
ubi mlt
tial ad ex
tra. primo
et per se
gositab
soluū cō-
notando
spectū, his
dicit totū
oppositum
speculare,
et solus.*

*B. Ex hoc
his, quod
inter insa-
rius et su-
perius est
distinctio
ex natu-
re.*

A relatiui. istud argumentum est contra omnem opin. nisi forte ponentem personas * absolutas. **Rice.** po- si enim omnes catholici concedunt quod etiam ibi principiationem personæ ad personam: vel oportet dicere, quod relatiuum sit principium sui correlatiui. vel oportet dicere, quod prima persona principians sit absoluta a relatione ad secundam. ¶ Est ergo responso, quam dixi. i. lib. distin. 28. quaest. 3. quod licet res opinionis, latius sint simul natura, prout ut licet de similitudine dicat non posse esse similitudinem. tamen cum hoc finendi v. stat prioritas originis, quæ nihil aliud dicit nisi a quo est aliud. ¶ Contra hoc, aliqua possunt habere ordinem in intellectu, quæ tamen non possunt habere ordinem extra intellectum. ergo quæ nullum ordinem habere possunt in intellectu, omnino nullum ordinem habere possunt extra intellectum, sed relatiua sunt simul in intellectu. ergo &c.

B ¶ Item, quod est simul, ut est simul non est prius, sed prius origine, ut est prius origine, est simul cum posteriori, ut est posterius, quia sic sunt per se relatiua. ergo prius origine non est prius. Et idem ar. posset fieri de priori, & posteriori natura.

¶ Ad primum dico quod esse simul in intellectu, potest intelligi dupliciter, vel quod illa similitudo determinet actum intelligendi, vel transit super obiecta, vel quod determinet ipsa obiecta, quæ intelliguntur. ¶ Vel aliter, & redit in idem, similitudo potest dicere modum obiectorum, ut intelliguntur, siue ut comparantur ad actum intelligendi, vel modum ipsorum se-

cundum se, primo modo maior est falsa, scilicet, quæ sunt simul in intellectu, nullum ordinem habent extra intellectum, quia quantumcunque illa oportet cointelligi, non propter hoc tollitur aliquid, quod conuenit eis secundum se, & solum hoc modo est minor vera. ¶ Contra, ut sub propriis rationibus intelliguntur, habent similitudinem omnimodam in intellectu. ergo nullum ordinem. ¶ Respondeo, propria rationes eorum habent quendam ordinem, & tamen ipsa ut * habentia ordinem, habent similitudinem. s. per comparationem ad actum intelligendi.

¶ Ad fin. propositio illa maior, quæ sunt simul ut sunt simul non habent ordinem, vera est, si ly ut, dicat similitudinem, & in modo similitudinis, & cum hoc in modo ordinis, & in modo inhaerendi ipsius similitudinis, & ordinis, intelligo sic, quod sicut accipitur modus similitudinis secundum naturam, & finem originem, ita accipiat proportionaliter idem modus prioritatis & posterioritatis, cum hoc etiam, quod sicut similitudo praedicatur de istis, ita ordo negatur de eis, scilicet quod si accipitur ibi similitudo ut denominatiue inhaerens eis, & per hoc non negetur ordo inesse eis per se primo modo, sed negetur eis inesse denominatiue, & tunc illa minor non habet veritatem nisi de hoc modo simul natura, & de modo inhaerendi accidentali, seu denominatiue. & concludo vniuersimodum quod non sunt ordinata tali ordine, & hoc ut denominata a tali ordine, sed ex hoc non sequitur, quin sint ordinata per se primo modo, unde & hoc est vera, prius

A ut prius, prius est posteriori, intelligendo de prædicatione per se primo modo, & hæc prius, ut prius est simul cum posteriori, intelligendo de prædicatione per se secundo modo, nec in talibus intentionibus generalibus est inconueniens vnum oppositum prædicari essentialiter de alio, & reliquum oppositum de eodem denominatiue, intelligendo oppositum, quod secundum sui conceptus rationem esset oppositum, sed non saluatur omnino oppositionis ratio, ubi est difformis modus prædicationis. ¶ Exemplum huius, potentia est potentia per se primo modo, & potentia est in actu actualitate sibi correspondente, quia potentia quando est extra suam causam, non est in potentia ad suum esse magis, patet, idem in intentionibus logicalibus, quia hæc est vera, singulare est singulare per se primo modo, & hæc, singulare est vniuersale, prædicatione denominatiua, & in intentionibus grammaticis masculinum est masculinum, hæc est vera per se primo modo, hæc autem masculinum est neutrum, vera est denominatiue, vel denominatiua prædicatione.

¶ Ad quintum principale de 5. meta. Potest dici vno modo sic, quod nulla relatio secundi modi fundatur super actione, & passionem, ut dictum est lib. 1. distinctio. 27. sed tantum super potentiam actiuam, & passiuam. quæ illæ relationes quæ videntur fundari super actione, & passionem, non insunt, quando actio & passio est, insunt etiã quando actio & passio non sunt, hoc patet, quando enim aliquis in creaturis generat, tunc non

est pater, licet postea quãdo pater formati est, sicut illa proles incipit esse filius, ita incipit qui genuit esse pater. tamen tunc non est aliqua eius actio, posset enim tunc, vel non esse, vel non omnino agere aliqua actione, noua præter illam primam. relatio autem non potest esse, nisi dum est fundamentum, & si sit fundamentum completum, & hoc ex vtraque parte simul erit & relatio: actiones ergo illæ possunt habere se tantum ad relationes, sicut præiua dispositiones ad tales relationes. Saluatur ergo dictum philosophi ibi, quod relationes de secundo modo dicuntur secundum potentiam actiuam, & passiuam, ut secundum fundamenta, & dicuntur secundum actiones potentiarum, & secundum dispositiones præuias ad illas relationes. ¶ Alio modo potest dici, quod philosophus loquitur ibi de actione secundum hanc significationem, prout importat habitudinem producentis ad productum, & actio secundum hanc significationem per se dicit aliquid de genere relationis, ut dictum est supra. Et tunc illud secundum potentiam actiuam & passiuam debet exponi, ut prius. scilicet ut secundum fundamentum, illud autem quod sequitur, & actiones potentiarum, debet intelligi secundum actiones formaliter, sicut secundum similitudinem est simile, & ad istum intellectum aliquid illius litteræ manifeste consonat, ait enim, sicut pater filij pater, hic quidẽ fecit, illud autẽ passum est, fecit hoc est produxit, passum est. id est productum. ¶ Et si obiecas, quod exemplificat calefactum ad calefactibile, & iterum calefacti-

Agens ad illud quod calefit, & secans ad illud quod secatur, tanquam agentia. **R**espondeo, exponit quo intelligit illa verba statim dicens, *fm* tempora iam dicuntur ad aliquid, ut quod fecit ad factum, & facturum ad faciendum. hic enim semper agens est produciens, & actum est productum, & ita debet intelligi calefactum pro productum totius calidi, eo modo quo in 7. dicit totum compositum generari, & hoc in generationibus per accidens, sicut in generatione substantia, & calefactibile accipit pro toto illo possibili produci, non autem pro passivo, ut est possibile transmutari, & ita calefactiens pro producente, totum calidum, & illud quod calefit pro toto composito terminante productionem, non autem pro subiecto transmutato ad calorem, & ita de illo quod secatur ad secans.

Tertio modo potest dici quod philosophus, non tamen ponit ibi species relationis, sed etiam modos secundum quos aliqua dicuntur ad aliquid, sicut & in c. qualitatibus, non tamen ponit species qualitatis, sed etiam modos, unde dicitur, quale dicitur uno modo dicitur substantia, non tamen differentia substantialis pertinet per se ad genus qualitatis, ita hic in secundo modo relatiuorum potest poni illa *fm* quæ aliquid dicitur ad aliud, non ut *fm* relationem formaliter, sed ut *fm* respectum aliquem extrinsecus aduenientem, habentem similitudinem cum illo modo, & tunc exponatur litera actiua & passiva secundum potentiam actiuam & passiuam dicuntur ad aliquid, ut secundum fundamenta relationum proprie dictarum, quod sequitur, Et actio

nes potentiarum exponatur. s. c. de actionibus de genere actionis, quod *fm* eas formaliter dicuntur actiua ad passiva, & e converso, non quidem secundum relationes proprie de genere relationis, sed secundum quosdam respectus pertinentes ad secundum modum relatiuorum, licet ad genus relationis, habentes tamen modum similem quibuscumque relationibus relationis, ut sic ista pertineant ad unum modum relationum, non autem ad aliquam speciem relationis.

Contra ea quæ dicta sunt de actione Dei ad intra, & actione totali ad extra, arguo primo sic. Cuius est potentia eius est actus de somno, & vigilia in principio, sed in Deo est vere potentia actiua. ergo ei vere conuenit agere.

Item, dum creatura est semper refertur ad Deum, sed non semper refertur ad Deum per creationem passionem, quia creatio passio non est nisi in instanti primo, quando creatur, sicut nec creatio actio Dei est, nisi tunc, ergo aliqua relatione alia, quam illa creatione refertur. ergo licet illa alia qua necessario semper refertur non sit de genere passionis, tamen illa creatio passio potest esse de genere passionis, quia contingenter abest a creatura post primum instanti.

Item, creatio videtur esse productio realis, sed Dei ad creaturam non est relatio realis, ergo creatio non est relatio. **A**d primum dico, quod sicut hoc nomen actio æquiuocatur, ut supra dictum est, ita hoc nomen potentia actiua non solum enim dicitur de potentia transmutatiua, sed etiam de potentia

2. 6. 32. &
27. & in
de.

3. 7. 1. 1. 1.
6. 1. 2.

B. vide su
pra di. 6
huius. q. 5.
10.
Pag. 157.

Actia productiua, & quidem
Deus habet potentiam actiuam
viroque modo, & sic potest con
uenire sibi actio viroque mo
do, & sic vna actio non erit alia.
¶ Ad secundum videtur posse

¶ Ad secundum videtur posse
creaturam dici ad oppositum, quia si creatura
passio non semper manet, ta
men semper manet illa habitu
do, quam creatura habet ad Deum,
vnde ad causam efficientem, dum
creatura manet, ergo illa habi
tudo non est creatio passio de
generis passionis.

¶ Respondeo ergo, quod crea
tura ad Deum, vt ad causam
efficientem non est nisi vna re
latio, & ex vna fundamento, im
mo eadem fundamento, vt pa
tet. 2. lib. distinc. 1. & illa potest
dici creatio passiuia, vel si hoc
nomen creatio importat noui
tatem, siue ordinem ad non ef
ficacem, tunc oportet vt
alio nomine non importante
nouitatem, quia illa nouitas non
est ex vna nec relationi ad Deum,
nec fundamento, & de hoc est
dictum. 2. lib. vbi supra. ¶ Ad
tertium responsum est. 1. lib. di
stin. 30. quomodo Deus realiter
est dominus, & tamen non rela
tione reali dominij.

DE SECVNDO articu
lo vt, quod ista conuersio possit
competere alicui creato, vt agē
ti principali, cuius est ratio, quia
actio competens Deo per prin
cipium agendi non formaliter
inuitum potest competere crea
tura, quia sibi non repugnat
actio cuius principij sufficiens
est aliquod finitum, sed Deus pro
ducit creaturam per voluntatem
quæ non est formaliter infinita.
ergo &c. probatio minoris. si enim
voluntas Dei esset formaliter in
finita, includeret formaliter omnem

perfectiorem intrinsecam Deo, C
quia infinito nulla potest fieri
additio, & tunc voluntas esset
pelagus infinitæ substantiæ, quod
non est verum, quia hoc est pro
prium ipsi essentia secundum
Dama. c. 9. qui est misit me &c. 18. dno. 19.
totum enim in se comprehen
dens habet esse velut substantia
quoddam infinitum pelagus &
interminatum, & ideo præmittit
ibi, quod videtur esse principa
lius nominum quæ de Deo di
cuntur, qui est.

¶ Confirmatur, quia voluntas
non includit formaliter in se re
lationes, sine illis autem non ha
betur totalis perfectio diuina
intrinseca. ergo nec infinitas.

¶ Item, agens naturale po
test istas species alterare, & tan
dem ex eis substantiam genera
re, vt patet in mixtione aquæ
multæ ad species vini, & nutri
tione, & alijs generationibus,
quæ sunt ex istis speciebus. er
go potest virtus creata conuer
tere totaliter istas in aliquam
substantiam, prius non existen
tem, & per consequens totaliter
conuertere in substantiam præ
existentem, quia non maior re
quiritur virtus hic quam ibi.

¶ Dico tamen quod creatura
non potest in istam conuersio
nem vt agens principale. Ratio
est quia in eam non potest,
nisi agens, cuius virtuti actiue
totaliter subest esse, & non esse
vriusque extremi. patet ex so
lutione primæ & secundæ. q. 5.
1. distinc. Sed nullum creatum
est huiusmodi, quia quodlibet
præsupponit aliquam partem
ipsius termini a quo, & ad quæ,
vt ostensum est prima quæsitio
ne huius quarti.

¶ Ad illud quod dicitur de
Bb 4 volun

A voluntate dico qd est maior est probabilis, scilicet quod principium agendi finitum vel non infinitum non repugnat creaturæ, & ita nec actio in quam potest per se sufficienter tale principium. Et ex hoc sequitur, quod voluntas ut est principium creaturæ sit formaliter infinita. Ne ergo minorem, scilicet, qd non sit infinita, ratio tacta est. r.

q. 1. lib. distinctio 10. & 13. Apparet hoc, & breuiter, quia Deus est simpliciter beatus in operationibus intellectus, & voluntatis suæ. ¶ Non est autem simpliciter beatus in essentia, ut est in finita, nisi eam comprehendat, & sicut intellectus comprehendit videndo, ita voluntas suo modo oportet, quod comprehendat amando, ad hoc quod sit perfecte beata, & per consequens utraque potentia, & uterque actus utriusque potentie circa essentiam diuinam, ut perfecte se beatificat, erit infinitum.

¶ Ad probationem ergo illius minoris, dico quod in diuinis potest intelligi quasi infinita multitudo perfectionum, alio modo infinitas intensiua alicuius perfectionis simpliciter, ita qd illa perfectio secundum propriam rationem suam sit sine limite, & termino, & hoc secundo modo adhuc aliquid potest habere infinitatem non tantum formalem, sed etiam fundamentalem, aliquid autem formalem intensiuam, licet non fundamentalem.

¶ Dico ergo, quod nihil vniustationis formalis est infinitum primo modo, immo forte, nec absolute in Deo est talis infinitas, forte enim sicut personæ sunt finitæ, loquendo de ista fini-

tate & infinitate, ita & perfectio quænes simpliciter sunt finita numero, seu sua multitudine, & relationes, & notiones, & hæc de illa simul iuncta sunt finita, sed infinitas intensiua formæis & fundamentalis simul est in essentia diuina, ut essentia est. Et

pro tanto a Dama. vocatur perfectio, formalis autem tantum non fundamentalis est in qualibet alia perfectione simpliciter, qualibet enim habet suam perfectionem formalem ab infinitate essentia, tanquam a radice, & fundamento. Infinitas autem neque formalis, neque fundamentalis est in relationibus quibuscunque in diuinis, ut ostensum est in primo lib. distinctio. 13. quia patri melius est non habere filiationem, quam habere, perfectio autem simpliciter est illud, quod melius est quodlibet habere, quam non habere.

¶ Apparet tunc responsio, quod licet voluntas sit formaliter infinita, tamen non includit in se formaliter omnes perfectiones intrinsecas, quia nec essentia, nec aliquid aliud includit sic eas omnes, sed nec includit fundamentaliter omnes, sed sola essentia sic includit omnes, ideo dicitur pelagus: voluntas tamen per identitatem includit quamlibet perfectionem simpliciter, & quamlibet relationem.

¶ Confirmatio illa de relationibus parum valet, quia quodlibet cunctum non includeretur deum illa, adhuc posset ratio infinitatis saluari isto modo intelligendo, quod illa nihil addunt, propter quod sit infinitas, sic enim eis circumscriptionis non minus habetur in aliquo infinitas, & illud addit

Addita non sunt formaliter infinita, & finitum vel non infinitum additum alicui finito non facit infinitum, sequitur propositum.

¶ Dico ergo, quod licet voluntas non includat formaliter relationes, tamen potest esse formaliter infinita. ¶ Et si obijcias, non includit totaliter perfectionem diuinam.

¶ Dico, & si non totaliter extensue, tamen totaliter intensue secundum unam perfectionem formaliter, sed omnes alias perfectiones & relationes non formaliter, sed identice: & de istis sæpe dictum est primo lib. distinctione octaua.

¶ Ad secundum patet ex precedenti distinctione, ex quatuor ultimis questionibus, ex quarum prima patet, quomodo istis accidentibus conuenit agere, ex tribus alijs, quomodo eis conueniat pati, & corrumpi. Breuiter ergo negandum est ab agente creato posse istas conuerti in substantiam aliquam totaliter nouam, neque in mixtione, neque in immutatione, seu quacunque istarum specierum corruptione, ut patet ibi, sed aliquando noua substantia succedit eis corruptis, sed non actione agentis creati, sed Dei immediate reductis.

DE TERTIO articulo videretur, quod hæc conuersio competere posset creaturæ, ut agentis instrumentaliter. ¶ Primo, quia accidens potest esse instrumentali agens ad generationem substantiæ, ergo a simili in proposito. ¶ Antecedens probatur primo sic, quando aliqua sunt essentialiter ordinata, plus distat tertium a primo, q̄ secundum, sed in creatura sunt essentialiter ordinata, essentia, esse, & potentia. ergo plus distat potentia ab essentia, q̄ esse, sed eē differt realiter ab essentia & potentia, ergo & per consequens nulla forma substantialis potest esse immediatum principium agentis. ¶ Secundo probatur idē antecedens. ¶ Quicunque sunt duo actus, quorum neuter includit alium, non reducuntur in idem principium, ut h̄r a phi. 2. de anima. qui vult q̄ potentia distinguantur per actus, sicut actus per obiecta, sed perficere materiam, & abstrahere a materia, sunt duo actus in anima, & non includentes se: quod probatur, quia vterq; potest esse sine alio, primus sine secundo, ut in puero & dormiente, secundus ē sine primo, ut in aīa separata. sed actus prior. si dare esse materiæ cōpetit essentia, ut primo principio formali. ergo ille alius actus non conueniet essentia, & tunc a simili de alijs substantiis libus formis respectu actionū, quæ videntur ei competere. ¶ Si obijcitur contra ista, primo quia quodcunque absolutum potest separari a quocunque absoluto, quia non apparet contra dictum in hoc. ergo si intellectus sit quid absolutum ab anima, potest ab ea separari, & ita separatus poterit intelligere, & beatificari, quod videtur inconueniens. ¶ Secundo, quia substantia siue quiditas substantiæ, est subiectum motuum intellectus, est ergo principium immediatum operandi in intellectu. ¶ Ad primum dicunt, negando primam propositionem, ponendo exemplū de subiecto & passione. ¶ Ad secundū, q̄ illa actio

dum, sed in creatura sunt essentialiter ordinata, essentia, esse, & potentia. ergo plus distat potentia ab essentia, q̄ esse, sed eē differt realiter ab essentia & potentia, ergo & per consequens nulla forma substantialis potest esse immediatum principium agentis. ¶ Secundo probatur idē antecedens. ¶ Quicunque sunt duo actus, quorum neuter includit alium, non reducuntur in idem principium, ut h̄r a phi. 2. de anima. qui vult q̄ potentia distinguantur per actus, sicut actus per obiecta, sed perficere materiam, & abstrahere a materia, sunt duo actus in anima, & non includentes se: quod probatur, quia vterq; potest esse sine alio, primus sine secundo, ut in puero & dormiente, secundus ē sine primo, ut in aīa separata. sed actus prior. si dare esse materiæ cōpetit essentia, ut primo principio formali. ergo ille alius actus non conueniet essentia, & tunc a simili de alijs substantiis libus formis respectu actionū, quæ videntur ei competere. ¶ Si obijcitur contra ista, primo quia quodcunque absolutum potest separari a quocunque absoluto, quia non apparet contra dictum in hoc. ergo si intellectus sit quid absolutum ab anima, potest ab ea separari, & ita separatus poterit intelligere, & beatificari, quod videtur inconueniens. ¶ Secundo, quia substantia siue quiditas substantiæ, est subiectum motuum intellectus, est ergo principium immediatum operandi in intellectu. ¶ Ad primum dicunt, negando primam propositionem, ponendo exemplū de subiecto & passione. ¶ Ad secundū, q̄ illa actio

1. c. 11.

D

Th. ibi. 2. a. 11. c. 11. ponendo exemplū de subiecto & passione.

la actio

A la actio est intentionalis, non realis. ¶ Contra primum, quia sic habetur propositum, quia si subiectum non potest separari

B. Sec. hinc a passione, hoc est propter aliquid ut ar-
gumta-
thom con-
cludit con-
tra ipsum
more gl'a-
dy Golia.

quam necessitatem in subiecto respectu passionis, hæc autem necessitas reducitur ad aliquam causam salutarem, non causam materialis, cum illa sit contradictionis. ergo causa efficiens, & sic substantia erit causa efficiens alicuius passionis, nisi procedatur in infinitum dando passionem ante passionem. ¶ Secundo habetur propositum, quia instantia posita contra maiorem confirmat maiorem, quia omnem causalem causam extrinsecam potest Deus supplere, ista casualitas subiecti respectu passionis, propter quam est necessitas, erit casualitas causæ extrinsecæ, ergo &c.

B ¶ Quando autem confirmantur istam rationem per hoc, quod in diffinitione passionis cadit subiectum nihil valet, quia sic nullum accidentis posset a subiecto separari, nam secundum philosophum ibi in 7. met. in ratione cuiuscunque accidentis, ante se ipsum, necesse est rationem substantiæ esse. ¶ Hæc etiam instantia de subiecto & passione aliter improbat, quia sequeretur quod substantia panis non posset esse sine quantitate, nec e converso, quicquid enim per se, & primo inest superiori, per se licet non primo inest inferiori, exemplum de triangulo, & sôchele, de eo quod est habere. 3. sed continuum esse per se & primo inest substantiæ corporeæ, ergo per se sed non primo inest panis, & per consequens non poterit panis manere sine continuitate eadem, nec continuitas eadem sine pane, quia accidens non mi-

B. Per continuum intelligit primum in passionem.

grat a subiecto in subiectum, & cito non posset quantitas in essentialitate manere sine substantia panis, quod ipsi negant de communis schola,

¶ Contra conclusionem istius operis, quod forma substantialis non potest secundum eos esse principium immediatum agendi, argutum est, supra dist. 2. q. 3. & hoc nunc sufficit breviter replicare, quia illud est principium agendi in quo produciens, assimilatur sibi passum, vel mens non assimilatur sibi productum in forma perfectionis forme producentis, assimilatur autem sibi productum in forma substantiali. ergo &c.

¶ Secundo sic, quia instrumentum secundum eos non agit, nisi ut movens motum, ergo immediate mouetur a principali agente ad hoc, ut moueat, & per consequens ad hoc, ut accidens agat, ut instrumentum substantiæ immediate mouebitur a substantia.

¶ Sed hæc non valet secundum ea quæ mihi videntur vera de ordine causarum, quia non credo semper causam secundam, quod vocatur quandoque instrumentum, recipere motionem specialem a causa prima, sed tantum habere subordinationem aliquam formæ suæ actiue ad formam actiuam alterius, propter quod subordinatione præ priori exente in actu in suo ordine cándi, sed nata est exire in actum in suo ordine cándi, & sic scđa de motu movetur, non quia recipiat motionem a prima, propter quam mouetur, sed quia in motione illa dependet ab alia prius naturaliter actu mouente. Ratio ad secundam instantiam, scilicet de dignitate substantiæ mouente intellectum, non

A non valet, quia etsi substantia ibi habeat esse intentionale, tamen ipsa intellectio est forma realis, ergo respectu eius oportet dare aliquod principium actuum reale, & ut reale. Neque valet fugere ad phantasma, quia secundum eos essentia angeli mouet intellectum angeli ad propriam intellectionem angeli, & ibi nullum potest fingi phantasma. ¶ Ad argumenta pro ista instantia, quod est de causalitate instrumentali accidentis respectu substantia. ¶ Ad primam dico de illo ordine essentia, esse, & potentia, quod simpliciter falsum est, quod esse sit aliud ab essentia, & hoc probatur per dicta eorum, quia impossibile est genitum ut genitum per se habere unum esse, si esse sit aliud ab esse, genitum autem ut genitum, siue primus terminus generationis est per se unum. Esto etiam, quod esset talis ordo, quem fingunt esse & potentia, dico quod potentia præcederet ipsum esse, quia in quo cumque instanti naturæ vel durationis essentia habetur perfecta, in eodem habetur perfectum principium operandi operationes convenientes potentia, & per consequens perfecta potentia, & ita si esse sit aliud in potentia, potentia præcedet ipsum esse. ¶ Ad secundum dico, quod maior propositio est vniuersaliter falsa de actu primo, & secundo, quia sic probaretur, quod nihil est principium actuum in creaturis, nam formam oportet dare actum ipsi quod informat, & si est actuum, oportet quod respiciat istud in quod causat actum secundum; ista autem sunt disperata, quia sine contradictione unum potest separari

ab alio. ¶ Respondeo ergo, quod illa maior nec est vera de actibus ordinatis primo & secundo, sed vniuersaliter falsa, quia forma dans actum secundum dat etiam actum primum, & econuerso. & sic applicatur ad propositum de animare, & intelligere, & ideo ad propositum nihil valet illa maior. sicut autem est vera de actibus secundis, & disoperatis, & principio actiuo limitato, sicut debet intelligi philosophus secundo de anima ubi adducitur, nihil est ad propositum, quia animare & intelligere non sunt tales duo actus. ¶ Alia instantia principalis ad istum tertium articulum est talis, possibile est creaturam in virtute Dei causare aliquam cognitionem propriam de Deo, ergo multo magis possibile est accidens in virtute substantia causare substantiam, antecedens probatur, quia possibile est aliquam cognitionem propriam habere de Deo, & non nisi per creaturam, quia nihil aliud mouet intellectum viatoris. ¶ Responso est duplex, prima quia cognitio Dei est accidens, & per consequens non excedit totum genus accidentis mouentis intellectum, eodem modo, si loquamur de cognitione substantia creatæ, & accidente, possibile est ergo accidens causare cognitionem substantia creatæ vel increatæ absque hoc, quod causet aliquid nobilius perfectione sua propria, sed non sic causaret substantiam, quia qualibet est simpliciter perfectior quocumque accidente.

¶ Alia responsio, & quasi redditur in idem, quia obiecta in cognitione habet esse diminutum, & per

Tho. vii
supra ar.
4. in 2.
prim.

D

con-

A consequens substantia, vt cognita, vel Deus vt cognitus habet esse diminutū in cognoscere, substantia autem vt in se habet esse simpliciter, & perfectum: licet ergo accidens posset esse principium producendi substantiā in esse diminuto. i. in esse cognito, vel creatura Deum in tali esse diminuto. i. in esse cognito. ergo arguendo a simili non sequitur, qd accidens possit esse principium producendi substantiam in esse simpliciter quomodo cunque nec vt instrumentum, nec vt agens principale. ¶ Quantum ergo ad istum articulum, sicut prius dictū est, instrum pōt multipliciter intelligi, sed ad propositū agens dispositiuū dr instrumentum. Et sic minister habens actionē propriā humanā prēiā actioni diuinā, tanq̃ dispositionem necessariā, nō simpliciter, sed ex ordinatione Dei paciscentis cum ecclesia, quod ad talē actum ministri faciet talem actum sibi proprium, est instrumentum Dei in ista conuersione, & ista rōsio est vniuersalis in oībus sacramētis, in quibus minister requiritur, quia ipse minister est agēs quoddam dispositiuum, actio autem sua est actio instrumentalis respectu actionis principalis agentis eo modo aliquāliter, quo lectio est ad formam scamni, quia ad illam sequitur regulariter illa forma ex ordine agentis principalis. Sic in proposito prolatio verborum posset dici actio instrumentalis respectu conuersionis, seu consecrationis corporis Christi, quia ad illam prolatio nē sequitur regulariter ista conuersione, vel cōfectio. Et sic actione alius cuius creaturā vt agentis instrumentaliter conficitur corpus

Christi, non quidem vt attingentis terminum, sicut aliqua instrumenta habent actionem instrumentalem attingentem terminū, vt dictū est, sed eo mō, quo agens prauum dr agere instrumentaliter ad formam principalem, quam non attingit, & actio eius dicitur instrumentalis, quia dispositiua & praua.

AD RATIONES principales primas duas concedo, quia probant qd in ista conuersione actio diuina non sit actio de genere actionis, nisi teneatur illa opī dicta supra, qd corpus nō aliter succedit panī, nisi vt hic. ¶ Et si istud teneatur, tunc ad illas rationes. ¶ Ad primam sic, qd cum actio dicitur actio in motu firmatur, vel fundatur ibi accipitur motus indifferenter ad motum propriē dictum, & mutationem. Et tunc indifferenter subiectiue, vel fundamentaliter, vel concomitantē, ut patet, & concedo qd ista actio fundatur in mutatione corporis dei Christi succedentis sic suo non esse hic. ¶ Ad secundam concedo qd hic est passio, tenendo illā de viā illa autem est in corpore qd sit de non præsente hic, præsens hic. ¶ Ad tertiam rationem patet supra dist. 11. quō generatio est conuersio totius in totū, sed nō totalis conuersio qualis est ista. ¶ Ad quartam non sequitur, natura potest esse principium istius esse suo vno modo conueniente sibi, ergo sub modo non conueniente sibi, sed repugnante sibi quantum est ex parti sui. ¶ Et cū dicitur qd idem est esse, ex hoc sequitur, qd idem posset esse principium ipsius esse: quod concedo, sed non sequitur, ergo ipse esse sub hoc modo potest esse principium quod est principium

Diff. 1. et
23. & dist.
6.

A eius sub modo illo. ¶ Et quando probatur, quia modus ipsius esse non repugnat ipsi esse, dico qd repugnat in comparatione ad talem causam, ita. s. qd causa non potest causare esse illud sub istomodo. licet possit causare esse absolute vel sub alio modo. ¶ Et quando additur ultimum, qd modus non excedit in perfectione illud cuius est modus. dico qd aliquid imperfectum potest esse, & tamen imperfectio sibi derelicta potest non subesse causati illius, cui subest illud qd est perfectius sub alio modo conueniente. ¶ Ad victimum dico, qd actio instrumentalis agentis accipiendi instrumentale agens p dispositiuo, bene requirit intentionem propriam in illo agente, siue sit naturale, vt calore alterare bene est intentio propria, licet sit agens instrumentale respectu ignis generandi, hoc est dispositiuum ad illud, siue agens per intellectum, quia ibi instrumentum requirit determinatam actionem humanam, quæ ordinatur ad actionem principalis agentis, & talis vniuersaliter est actus ministri in dispensatione sacramentorum.

QVÆSTIO. II.

Virum quicumque sacerdos proferens verba consecrationis cum intentione debita & circa materiam conueniantem possit consecrare eucharistiam.



Dissecundum sic proceditur, arguo qd nō glibet sacerdos pot consecrare eucharistiam, per illud. i.

q. i. Multi seculariū. vbi adduci tur illud Malach. 2. Maledicā benedictionibus vestris, & exponitur vno mō, maledicā qd a vobis benedicitur. & sit illa cominatio malis sacerdotibus, ergo qd ab eis benedicitur, a Deo maledicitur. qd per consequens nihil simpliciter per misterium eorum benedicitur. ¶ Item ibidē, i. q. Quod quidem, s. opponitur. Suspendio, vel deposito sacerdote, nulla ei relinquatur potestas. ergo &c. ¶ Itē, virtus missæ in sacramento eucharistiæ principaliter consistit. ergo si malus sacerdos potest consecrare, sicut bonus, &que valeret missa mali sicut boni, & econuerso. ¶ Item, laycus potest sumere eucharistiam, sed sumptio est finis consecrationis. & per consequens est simpliciter melius, & nobilius, ergo &que vel magis potest laycus consecrare, non ergo solus sacerdos. Item, beatus Laurentius sanguinem dispensauit, vt patet ex verbis eius ad Sixtum. Cui commisisti &c. & hoc probatur per illud dist. 93. Diaconi. s. præsentente presbytero. Diaconus eucharistiam corporis Christi, si necessitas cogit iussus erogat. ¶ Contra. i. q. i. qd idem. nulla cā ostenditur, cur ille qui baptismum non potest amittere, ius amittere possit baptizandi. ergo a simili, qui ordinem sacerdotalem amittere non potest, nec ius conficiendi amittere potest, sed nullus sacerdos potest amittere potestatem sacerdotalem, quia character est indelebilis. ergo &c. Item, ibidem s. de his sacramentorum sanctitatem in peruersis hominibus, siue qui intus sunt siue qui foris constat impo-

A polutam atque inuiolabilem permanere. ergo quicumque sacerdos quantumcunque malus potest habere sanctitatem sacramentorum eandem cum bono. ¶ Quod etiam solus sacerdos possit tam consecrare, quam dispensare, probatur sic p illud distin. 93. non oportet diaconus panem dare. i. corpus domini secundum glo.

AD QUESTIONEM dico, qd conicere eucharistiam, vt principalis causa, nulli potest competere, nisi soli Deo. patet ex. q. precedente. licet vt causa instrumentalis, vel vt magis proprie dicam vt minister potest cōpetere alicui homini, quia sic Deus ordinavit, qd in quibuscū-

B que sacramentis minister possit esse homo, sic ergo loquendo de coniciendo, dico qd minister possit conicere potest intelligi dupliciter. ¶ Vno modo

Bar. super hac dist. absolute ita. s. qd si attentet facere, facit quod intendit. ¶ Alio modo de posse ordinate facere, & hæc distinctio generalis est in omnibus sacramentis, quia plus li. in 44. requirit ordinate ministrare in dist. 1. de eis, quam simpliciter ministrare. ¶ Loquendo de posse simpliciter nihil requirit ultra materiam debitam, de qua dictū est in fine distin. 1. nisi minister debitus ad quem requiruntur tres conditiones scilicet. ¶ Quod sit sacerdos. ¶ Quod possit proferre verba consecrationis. ¶ Et quod possit habere intentionem debitam sciendi. s. qd intendit ecclesia facere: secunda conditio, & tertia sunt communes hic & in ministrante alia sacramenta, propter defectum secundæ non potest motus conicere, propter defectum tertiæ carens vlti-

tionis non potest conicere. Et eodem modo de baptizando & conferendo quæcunque alia sacramenta, sed prima conditio est hic propria, scilicet qd solus sacerdos potest, & quilibet potest cui possunt competere illæ duæ conditiones, scilicet prolatio & intentio. ¶ Quod solus probatur per illud extra de sum. tri. & si. ca. vbi dicitur. Hoc sacramentum nemo potest conicere nisi sacerdos, qui rite fuit ordinatus secundum clauas ecclesiæ. ¶ Sed vnde accipit ecclesia fundamentum istius sententiæ. ¶ Respondeo ex illo verbo Christi Matt. 26. Hec quotienscunque feceritis &c. vbi loquitur apostolus, vel ad minus non nisi discipulis, quibus in ecclesia ad minus non succedunt nisi sacerdos. De ter. apostolis succedunt episcopi, discipulis presbyteri. vt habetur distin. 21. In nouo testamento habetur idem etiā ex illa sententia Pauli prima ad Cor. c. 10. Panis quem frangimus, nomine communicatio corporis domini est quem frangimus nos inquit scilicet apostoli & discipuli eius. si enim quilibet fidelis posset conicere non oporteret aliquem alium alijs frangere, sed quilibet posset in suo sacrificio communicare. ¶ Secunda pars scilicet, qd omnis sacerdos potens proferre verba cum intentione possit conicere. patet per auctoritates adductas ad oppositum. ¶ Nec obstat si inflatur de degradato, quia sit non sacerdos. si enim hoc verum est, non est in instantia ista de aliquo sacerdote. ¶ Dicitur tamen non esse verum. quia characterem non potest aliquis degradans deponere, nec conceditur qd si quis potest

A rest aliquid ministratiter conferre, & sic possit ministratiter auter, quia Deus non sic eum in ficitur ministrum in amotione sicut in collocatione, & tunc illa regula. Facilius est destruere, quam construere, non conceditur de ministratiter agente in sacramentis, pro quo adduci potest illud Pauli secunda Cor. c. vii. Non dedit nobis Deus potestatem in destructionem, sed in edificationem. Si etiam obijciatur de degradato, quod non maneat sacerdos, quia spoliatur privilegio clericali, & traditur curiae seculari. Respondeo, non est essentialiter ordinem habere illud privilegium corcomitans, quod satis persuadetur, quia illud privilegium videtur concessum ab imperatore Constantino. ordo non. aliquando etiam sacerdos non. sed erat sine tali privilegio. tunc concessione. hoc tamen potest esse vnum brocardicum iuristis, quia illud privilegium consistit in hoc quod non possit iudicari in causa sanguinis, nisi a iudice ecclesiastico vel quasi in causa sanguinis. Sed si Papa exuit aliquem privilegio ecclesiastico commendans eum curiae seculari, iudex secularis est minister vel executor iudicis ecclesiastici, nullus autem alius a iudice ecclesiastico potest eum committere iudici seculari, ergo non est possibile, quod committatur sibi nisi sicut ministro iudicis ecclesiastici, & per consequens non spoliatur privilegio, quia dum manet privilegium potest aliquis secularis in eum esse minister iudicis ecclesiastici. Si obijciatur de haeretico, & schismatico, quod non conficiat, quia sacerdos non offert in persona propria, sed in persona ecclesiae cuius est minister, hic autem est giffri eius precifus ab ea, & huic rationi videtur doctrinibus de iur. magister inniti. in litera. dicentes, probatur antecedens per hoc, quod si ipse dicit sacerdos, offerimus tibi, & non dicit offero. Respondit haretico deo quod oblatio non pertinet ad eum non rationem consecrationis, nec ne cessario requiritur, quod offeratur, offertur enim hostia non consecranda, & tunc est sacrificium non sacramentum, sicut eucharistia consecrata consecrata in pixide non possit esse sacramentum, licet non ut simpliciter, ubi sit sacrificium, nisi aptitudinaliter. Esto etiam, quod verum sit, quod oportet quemlibet conficientem conficere in fide ecclesiae, bene potest non solum schismaticus, sed etiam haereticus, quod plus est, pone quod sit haereticus, potest circa eucharistiam habere intentionem ecclesiae in conficiendo, & hoc intentionem in universali, intenendo. i. facere quod Christus instituit faciendum, quod ecclesia facit, licet non intendat in speciali, quia credit eucharistiam nihil valere, sicut dicitur. 2. priorum. Continuit scire omnem nullam esse sterilem, & dubitare de hac, & de ista intentione universalis dictum est satis distin. 5. in materia de baptismo.

RESTAT ERGO videre secundum membrum. i. de posse ordinate conficere, & ad hoc multa concurrunt, quae tamen omnia possunt reduci ad 3. loquendo de illis, quae non requiruntur ad simpliciter posse, quia vel ista requiruntur ex parte ministri, vel loci, vel tpis. Et secundum hoc sunt tres articuli.

PRIMO VIDENDUM est de requisitis ex parte ministri,

etiam de requisitis ex parte ministri,

CA. 10.

A stri, ad hoc vt ordinate possit cōficere, supposito q̄ habeat materiam convenientem, & possit verba proferre cum intentione debita superaddita, huiusmodi ex parte ministri sunt in duplici differentia, quedam sunt amotiones impedimentorum, & quedam appositiones convenientium, seu idoneorum. ¶ De primo impedimēto eius, quod est ordinate conficere sunt vel culpa tantum, vel pena tantum, vel nec pena nec culpa. ¶ De impedimento culpe quomodo. scilicet in peccato mortali nō potest ordinate conficere, dictum est distin. 9. ¶ De impedimento

Dist. 8. 7. autem quod nec est culpa nec pena. scilicet cum quis non est ieiunus ieiunio nature, dictum est ibidem. ¶ Restat ergo hic prae-

B cise videre de impedimēto, qd̄ est pena, nulla autem talis pena est naturalis siue in corpore siue in anima, quia talis pena non simpliciter impedit, sed tantum pena canonica, vel naturalis inquam super eam fundatur pena canonica. Pena autem canonica (vt breuiter dicam) est aliqua prohibitio actus exercendi, vel gradus recipiendi, qui alias competere non prohibito. Huiusmodi autē penae multae sunt non fundatae super aliquam penam vel defectum naturalem, vt degradatio, irregularitas, excommunicatio maior, suspensio ab executione eorum quae sunt ordinis, simonia, infamia, & quaedam alia huiusmodi ad ista reducibilia, vt sub infamia potest contineri esse publicum peccatorem, quod continet multa. scilicet publicum fornicarium, publicum usurarium, & huiusmodi. ¶ Aliquae autem penae canoni-

ca fundantur super defectus naturales. non enim voluit ecclesia quascunque personas defectuosas ministrare in altari. & merito, quia in veteri lege. Leuit. 21. ponitur lex homini, qui habuerit maculam, q̄ non offerret Deo suo panem, nec accederet ad ministerium eius. Isti autē defectus sunt in quibus esset scandalum pusillorum, si taliter defectuosus in naturalibus ministraret, & rationabiliter, quia quod sine peccato mortali potest dimitti, vitandum est si exercitio eius oritur scandalum pusillorum, tale scandalum orietur si notabiliter defectuosus in naturalibus, vt mutilati, vel horribili infirmitate infirmi, vt de lepra & huiusmodi, ministrarent in altari. Ideo ecclesia rationabiliter talibus defectibus naturalibus adiunxit penas canonicas, scilicet prohibitiones ministrandi propter reuerentiam sacramenti, & ad vitandum scandalum pusillorum, & istae prohibitiones patent in canone distin. 21. & extra de corpore vitiani. Requiritur ergo in ordinate conficiente ablatis omnium horum impedimentorum, quia habens quodcunque istorum, si conficit facit contra prohibitionem ecclesiae, & per consequens nō ordinate. ¶ Secundum requisitū ex parte ministri est appositio consentientium. scilicet ornamentorum, vt habetur de conse. dist. 1. Vestimenta dicuntur ibi q̄ vestimenta ecclesiae, quibus Deo ministratur, debent esse sacrata, & honesta, quibus in alijs vitiis non debent vti quam in ecclesiasticis & Deo dignis officiis. ¶ Quae autem sunt haec indumenta. componit iano. de offi. missae, per-

A te r. c. 10. Sunt inquit sex indumenta communia episcopis, & presbyteris, scilicet amictus, alba, cingulum, stola, manipulus, & planeta: in quibusdam tamen locis cōsuetudo obtinuit qd nō oportet cingulum benedici. & sic non apparet, quin liceat vi cingulo non benedicto. ¶ De his oībus ex parte ministri siue in primo membro de requisitis ad simpliciter posse, siue in isto secundo membro de requisitis ex parte ministri ad ordinare posse, si queritur, quæ pena ministri attentantis? ¶ Respondeo si est mutus non potest attentare loqui, si non vitur ratione non potest attentare habere intentionem debitam. si nō est sacerdos & attentat facere vt sacerdos, non solū peccat mortaliter, & nihil facit, sed irregularis est, vt habetur extra de clerico non ordinato ministrante. c. 1. & 2. & vniuersaliter quicūque exequens, vel attentans actū alicuius ordinis, quem non habet irregularis est, patet hoc in illo titulo in diuersis capitalis. ¶ Pena autem ministrantis in quocūq; impedimento canonico vř esse irregularitas, vt patet extra de clerico excoīcato, vel deposito in diuersis capitulis, & hoc maxime si ministrans sciat talē penā sibi intlictam. ¶ Sed hic pōt distingui de ignorantia iuris, vel facti. Ignorantia iuris non excusat, quia tenetur ille qui se exponit ad tñ actū scire iura, fm q potest exercere tantum & talem actum, & ideo talis ignorantia iuris non excusat, sed forte magis aggrauat. Ignorantia autem facti excusat vt habetur in eodem titulo. c. Apostolica, & hoc nisi facta veridica & publica sibi ma-

nifestet, quōd sit tali penā impositus, quod probatur per illud capitulum eodem titulo. Illud, dominus cum ei nisi per famā de sententia contra eū lata constaret peccare non credidit, si diuina officia quantumcunque solenniter celebravit, subditur ibi quia in dubiis via tutior est eligenda. si delata in eū snia dubitaret, debuerat tñ potius abstinere, q sacramenta ecclesiastica pertractare. Et in fine subditur, Cum eo misericordiam facientes penam quam canon his, qui post excommunicationem diuina præsumperunt celebrare infligit, non duximus infligendā. ¶ Ex hoc patet, q misericorditer relaxat dubitāti penam quā incurrit ex canone qui celebravit diuina postquam innotuit sibi per famam de excommunicatione in eum lata. ¶ Inter ista tamen impedimenta non includit minor excoīcommunicatio quoad hoc, q pena irregularitatis sequatur, quia & si peccet grauius in excoīcatione minori celebrans, nullus ius tñ irregularitatis notā incurrit, vt hř eodē. c. si celebrat. ¶ Verū de simoniacis & peccatore notorio dubiū est sed primū vř solui p illud decret. 33. maritū. vbi inter non promouendos nominat ille, qui per emptionem ad imitationē simonis magi pecuniam obtulit. & 1. q. 1. Papa Gregorius eos omnino simoniacos damnat, ac deponendos auctoritate apostolica censetur. & de hoc dicitur extra de simonia in textu, & in glo. ergo iste videtur simpliciter inhabilis propter penā canonicā ad exercēdum actū ordinis, sicut omnino est deiciendus a clero fm auctoritatem Sco. Sup. 4. l. c. Cc tem

A tē adductam. ¶ De peccatore autem publico, seu notorio, certū quod (ta- est q̄ ante penitentiam peccat ste lo. G.) mortaliter conficiendo. non tā- fuit decla- tum quia est in peccato morta- ratū Pa- li, sed quia scandalizat. ¶ Sed est visis hoc ne irregularis? Forte non inue- verum es- nitur hic pena in canone sibi in- se de eo sista, licet enim phibeat di. 32. qui talis Null'. quod nullus audiat mis- fuit decla- sam presbyteri quem indubitā- ratū a su- ter scit concubinam habere, & dice, ali- ex hoc videatur q̄ sibi prohibe- ter non. tur celebrare, quia magis astrin- Extra de- gitur ad cauēdum quam audiēs va. iur. 3. 6. ut non audiat, & per consequēs si celebrat, cōtra pceptū ecclesie facit, tñ ista consequentia nō est necessaria in penis, quia pena non sunt ampliandē, & qñque prohibetur cōitio cū isto in ali- quo actu, vt corrigatur. non tñ infligitur isti pena irregularita- tis si exerceat istum actum.

¶ Idem posset dici de publico vsurario etiam manente in pec- cato vsuræ. ¶ De infami autē, qui tamen penituit de peccato, sed nondū est restitutus in inte- grū, si celebrando fiat irregularis, nō est dicendū q̄ sic, nisi inueniatur in iure canonico. ¶ De celebrante autem sine illis orna- mentis vel oībus vel aliquibus, vel non consecratis non inueniē in canone pena irregularitatis inflista, breuiter ex quo ista est pena iuris positiui, quando nō infligitur non incurritur. ¶ Nul- la ergo conditio ex parte mini- stri requisita & non obseruata facit incurere irregularitatem, nisi defectus sacerdotij, vel alia pena simpliciter prohibens & re- mouens ab exercitio sacerdo- tij, & per consequens sacerdos non prohibitus per talem penā conficiendo non incurrit irre-

gularitatem. nec ergo propter peccatum nisi sit tale cui annexa sit prohibitio canonica. Nec propter non ieiunium, nec propter carentiam ornamentorum debitorum, nec breuiter propter quācunque alia sub pēdi- ctis non contenta incurritur irregularitas.

SEQUITUR secundum principale, scilicet de requisitis ex parte loci, vbi possumus dis- tinguere locum in locum proprie dictum, & in vas, q̄ est lo- cus mobilis fm Arist. 4. Physic. 1. 1. ¶ Ex parte loci proprie dicti, re- quiritur amotio impedimenti, scilicet quod locus nō sit inter- dictus, & requirit appositio cō- uenientis dispositionis. i. q̄ sit sanctificatus. ¶ Primū est simpli- citer necessariū, quia celebrans in loco interdicto facit contra prohibitionem ecclesie, & per consequens non ordinate. ¶ Se- cundū est necessariū, nisi casus necessitatis occurrat, vt probat per illud de conse. di. 1. sicut vbi dī, non in alijs, q̄ dīno consecra- tis locis. i. tabernaculis a ponti- ficibus delibatis missas cantare ac celebrare licet. Idem patet. c. sequenti & c. hic ergo. & c. se- quenti. vbi dī. Nullus presbyter missas celebrare prælumat, nisi in sacratīs ab episcopo locis, q̄ sui particeps de cetero voluerit esse sacerdotij, sed exceptio il- la de casu necessitatis, patet ibi- dem. concedimus. Casus autem illi sunt isti. ¶ Vt si ec- clesie in patria sunt destructæ. ¶ Vel si quis in via penitus nō poterit accedere ad aliquam ecclesiam consecratam, quod regulariter verum est de navi- gantibus, & ceteris huiusmodi, non enim videtur verisimile, quod

A quod obseruationem illius præcepti decalogi, Sanctifica sabbatum, quod præceptum ecclesiæ interpretata est in hoc, quod est audire missam die dominico, de consec. dist. 2. missas vocat. si fuerit ecclesiæ impedire per aliquem. 1. quod præceptum minoris obligationis, vt per talem vel talem locum requiri ad hoc, vt missa audiatur, cum non debeat quis restringi ab obseruatione magis necessarij per ætationē ad minus necessariū. ¶ Quæ autem, vel vbi sint loca consecrata, dico, quod regulariter ecclesiæ parochiales, & aliæ solennes collegiata, oratoria autem quæ dicuntur capellæ, non possunt haberi quæ sint consecrata, nisi de licentia episcopi, vt habetur de consec. di. 1. vnicuique fidesium licet habere oratorium, & ibi orare, missas autem ibi celebrare non licet, nisi in casibus supradictis. oratorium tamen sacrum facere non licet nisi auctoritate episcopi. de cōse. di. 1. nemo. ¶ Illius est loci requiritur ornatus. lumen, vt dī extra de celebratione missæ. c. vlt. de eo qui sine igne sanctificabat, & aqua, & sequitur. Mandamus qd officio, & beneficio ipsum prius perpetuo. ¶ De loco autē mobili siue vase distinguo. ¶ Quod vas remorum est altare quod debet esse lapideum, de consec. di. 1. Altaria si non sunt lapidea, chrisimatis vnctione nō consecrantur. ¶ Vasa propinqua sunt calix & patena, quæ debent esse de auro, vel argēto, vel vbi paupertas cogit ad minus de stanno, sicut habetur de consec. dist. 1. calix. Calix domini cū patena si non ex auro omnino, ex argēto fiat. si quis aut tam

paup est, saltē vt stanneū calicē C
habeat, de are aut auricalco nō fiat, quia ob vini virtutē eruginem, vel rubiginem pariter, & vomitū prouocat. Nullus autem in ligneo vel vitreo præsumat missas celebrare. de vitreo autem rationale est propter eius fragilitatem, ne sanguis domini periculo exponatur. de ligneo pp imbibitionē humoris. Illa vasa omnia debent esse cōsecrata. de altari habetur de consecrat. di. 1. ecclesiæ. & concedimus, & duobus capitulis sequentibus. Siue aut sit fixum, sicut est cōter in ecclesijs. siue portabile non est magna dīa, quia in altari portabili siue in alio fixo cōuenit missas celebrare, vt habetur extra de priuilegijs & excelsibus * priuilegiatorum. In his quæ ad cultum cum fratribus minoribus & prædicatoribus duximus indulgendum, vt vbi cunque fuerint sine parochialis præiudicio valeant cū altari viatico celebrare, quidam nimis * stulte interpretādo nostrā indulgētiā, nituntur asserere qd ea prædicti fratres præter prælatorum assensum facere hoc non possunt, & paulo post, cum autem nihil eis conferret, indulgentia memorata sine qua idē prælatis annuentibus liceret, eisdem mandamus quod interpretatione huius reprobata dū tamen ab alijs quæ iuri parochiali prorsus conueniunt abstineant datam eis licentiam celebrandi etiam auctoritate nostra non differas publicare, ita quod dicti fratres ex indulgentia nostra gratiā videant cōsecuti. Ait Honori⁹ tertius. ¶ Si obijciatur ex hoc capitulo qd non licet vti altari viatico, nisi ex pri-

a. l. priuilegiatorum.

a. l. stricte.

A uilegijs. ¶ Respondeo, verum est, quantum ad vsum eius indifferenter in quocunque loco consecrato vel non consecrato, sed quantum ad vsum eius in loco consecrato videtur satis esse ius cōe, quia ante dedicationē altaris in ecclesijs quibuscunque cōiter celebratur cū altari paruo. Hoc ē altare sine fixum siue mobile & portabile oportet esse non enormiter fractum. extra de consecr. eccle. vel altaris. Ad hanc si sit altare, vbi dicitur qd si lapis benedictus fuerit imminu-

B tus, debet iterū benedici. & c. qd
In origina in dubijs. ¶ Calicem etiam & pa-
li vacuū, tenam oportet esse cōsecratam,
B. Ponitur vt habet extra vbi supra. ¶ Hec
casus. cō- ē vasa oportet esse ornata: alta-
buratur do re quidē totalijs duabus, vbi est
mus vici- mos ecclesie, consecratis. Et qd
na ecclesia magis praeclium est corporali
denote, et de lyndone munda. Et oportet
vir cū uxore quod illud corporale cooperiat
recofugiat ad minus locum calicis & ho-
ad ecclesiam stit, que debent collocari super
et vxor pe altare consecratum sit, siue lu-
tat debitu per mobile vbi requiritur vltus
a marito eius. ¶ Si quaritur quā pena sit
suo, anima celebrantibus sine istis conditio-
ritus de- nibus quae dicte sunt ex parte lo-
beat et red ci & valis? ¶ Respondeo, in nul-
dare debi- lo pramissorum incurritur irre-
tū? n. sco. gularitas nisi in duobus casib⁹.
di 32. hu- ¶ Primus si scienter celebrat in
ius. qd. r. loco interdicto a iudice. ¶ Alius
qd sic, hio si celebrat in calice nō idoneo.
aut vī a- ¶ Circa primum sciendum qd
liter tene- locus potest esse interdictus a
re de emis- iudice vel a iure. ¶ A iure qui-
sione semi- dem si est pollutus sanguine vel
nis ē eccle- semine. extra de consecr. eccle. c. vit. si in ecclesia. & in tali-
elefia per- bus si notorium est, peccatum
pi de utri- est celebrare, non tamen incur-
que l. cū- ritur irregularitas, quia non est
et solus a iure inflicta expresse. Si autem
nolūz.

priatum est nec peccatum est, quia nec reconciliatione indi-
get. extra de adul. significati. ¶ Si autem interdictum sit a iudice latum cōtra locum, cele-
brans ibidem scietur dicitur in-
currere irregularitatem, quod probatur per unum capitulum extra de clerico excommunicato ministrante, postulat. & p aliud capitulum extra de excessu. praelato. tanta. ¶ Sed vtrumq; capitulum bene possit exponi, cū ne-
trum est iuris expositum, ne-
que etiam iuris positum respon-
suum: ut appareat talem sic ce-
lebrantem irregularem esse sim-
pliciter, quod patet exponenda
verba illa quae ponderantur de-
priuatione beneficiorum & be-
nificiorum. ¶ In secundo casu, scilicet
defectu calicis idonei dubium
est an propter illud irregularitas
incurratur, quia pena illa depoli-
tionis quae habetur extra de co-
le. m. l. c. ulli. infigitur propter
multa, si quia non videbatur cali-
ce debito nec aqua nec igne. Et
ita dubium est si propter quod,
eunque istorum separatim de-
beat infligi depositio, quia di-
omnia concurrebant.

TERTIVM principale. I.
ex parte ipis breviter teneat,
qd a principio diei vsq; ad nonā
missa cōgrue celebrat, nō com-
putādo principiu diei ab astra
tu solis sup orizontē nō misalibet
ab illa hora ex qua radij solares
illuminant hemispheriū nūq;
dr principiu aurorae, & incipit
fm auctores in li. de crepuscu-
lis, qñ sol est sub orizonte ad no-
uel. 3. gradus; quoru altitudo nō
cōtinet spaciū ultra medietatē
horē equalis & quintā unū ho-
rē, & ille terminus celebrati-
tūc & nō an. probatur, de cō-
di.

A dist. 1. Nocte sancta natiuitatis missas celebrent presbyteri, & infra eadem dist. 8. de ieiunijs. In sabbato sancto circa noctis initium missarum solènia sunt celebranda, & ratio est quia illa pars diei artificialis que est post nonam Sabbati Sancti computatur cum nocte præcedente, diem dominicam, unde in benedictione cerei dicitur, hac nox est &c. & etiam in oratione dicitur. Deus qui hanc sacratissimam noctem. Terminus autè celebrationis s. hora nona colligitur ex consuetudine ecclesiarum, & ille terminus maxime attingitur in diebus ieiuniorum, quando regulariter in ecclesijs collegiatis consuevit circa horam nonam missa de ieiunio celebrari. Istam autem circumstantiam ipis concommitatur. B quoddam necessarium ad faciendum tractu ipis in celebratione missæ ordinata, quacunque hora diei artificialis fiat. s. legere introitū orones & epistolam, sicut in missalibus. s. m. vsum ecclesiæ Romanæ notatur, sine quibus præmissis nullus ordinate cōficiat, nec forte absolute quis cōficere, vt supra tactū est. dist. 8. nisi pmitteret ad minus illa verba p q significaret se proferre verba consecrationis in psona Christi non in psona sacerdotis. q. vltimū est q. celebrantem oportet hñe aliquem rñdentem in persona totius ecclesiæ, vt de notet esse mediator inter Deū & ecclesiā, offerens sacrificiū Deo pro ecclesiā, quæ sibi assistit offerendo.

A D A R G V M E N T A.

¶ Ad primū pōt exponi illa glossa. illius verbi Malachia, qui quid a vobis bñ dicit, supple inquam mali estis, quia mali inquitum hñmōi adulando bñdicunt malis, quibus Deus veraciter male dicit, sed in eucharistia sacerdos non bñdicit inquitum malus, sed in quantum hñt in bene dicendo & consecrando intentionem ecclesiæ. ¶ Ad secundū cū dñ, nulla ei relinquit pñas, verū est de pñate ad ordinate exequendum, non autem de pñate ad simplr exequendum. ¶ Ad tertium, si oblatio sacri in quantum oblatio sacri habeat efficaciam pro illo pro quo offerre, necesse est concedere q. oblatio facta a malo æqualem habeat efficaciam sicut illa quæ est facta a bono. Sed si multa alia cōcurrentia in missa per modum orationis multum faciant ad efficaciam missæ, quod videtur probabile, quia deuotio in vna alia oratione non multominus distat apud Deum a deuotione in quibusdam pertinentibus ad missam, & deuotio acceptatur secundum merita illius, cuius est deuotio, sequit q. missa melioris erit melior, & tñ sacramētū vtrobique est æquale. ¶ Si quæras quid simplr tenendum. ¶ Rñdeo. nullum bonum recōpensat Deus s. m. iustitiā retributū nisi pp. aliquod meritū cui cōmādet illud bonū. Istud meritū quod dñ esse in celebratione missæ, vt missa est, non pōt esse meritum abstractū sicut idea Platonis. ergo oportet, q. sit realiter aliquod meritum: vel ergo totius ecclesiæ, vel aliquus membri. non est autem totius ecclesiæ, nisi quia aliquius partis, non est autem partis malæ & mortuæ in toto, sicut esset partis viuæ, id est existentis & operantis in charitate.

Atate.ergo in missa non est tantum meritum cuiuscunq; quādo est mali,sicut quando est boni,& per consequens Deus secundum iustitiam retributiua non habet alicui in ecclesia,nec toti ecclesie recompenfare tantum bonum pro ista sicut pro illa. ¶ Ad quartum dico, qd sumere est magis commune & necessariū quam conficere, & magis necessarium, licet sit in se aliquando nobilius, pluribus tamen quandoque competit qd minus nobile, quod est minoris nobilitatis, & ratio est maior siue communior necessitas, ita est hic, quia Christus expresse docuit se velle sumi in eucharistia a quolibet Christiano. Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & ibi loquitur omnibus, sed consecrationē

*Notabilis
ratio.*

B seu dispensationem noluit ita esse communem, quia non fuit ita necessarium vt esset communis: possunt enim pauciores dispensare quā suscipere.

¶ Ad quintum dico, qd Laurentius dispensauit sanguinem Christi, vt patet in legēda, quod bene est congruum, quia sanguis non dispensatur nisi in calice, tactus autem calicis conceditur diacono, sed corpus non dispensatur nisi species panis tangeretur. Ideo sequens auctoritas, de dispensatione corporis a diacono videtur difficilior.

¶ Ad quam dici potest, quod simpliciter in casu necessitatis conceditur diacono dispensare corpus Christi, vt dicit auctoritas allegata, sed non sequitur ex hoc quod possit conficere, quia minus est dispensare quā conficere. Nullo autem modo layco conicere nec etiam dispensare

conuenit secundum illud de cōse. dist. 2. peruenit. vbi dicitur qd quidam presbyteri imitantur participandum diuina mysteria, vt layco corpus domini tradant ad deferendum, infirmis. & sequitur, interdicit synodus ne talis temeraria praeumptione amplius fiat.

¶ Ratio congrua est, quia sicut ab anima mediante corde deriuantur virtutes animæ ad cetera membra, & in corde est principalis sedes, vide. 16. de animalibus, & etiam in qualibet pollitia actus principales pertinentes ad illam pollitiam, pertinent ad aliquam personam principalem in illa pollitia, ita rationale est istū actū cōficiendi & dispensandi eucharistia residere apud illū qui est principalis in hierarchia ecclesiastica, homini autē est sacerdos, ergo &c.

¶ Confirmatur hoc, quia non minoris reuerentia, vel auctoritatis est posse super corpus Christi verum, quam super corpus Christi mysticum, secundum auctem soli sacerdoti conuenit, & que ergo, vel magis propter reuerentiā corporis Christi veri soli sacerdoti conueniet auctoritas respectu ipsius conficiendi & regulariter dispensandi. nō

* n. pot in ecclesia nimis digna persona nec nimis dignus gradus inueniri ad consecrationē, vel dispensationem istius sacramenti, in quo veraciter & realiter continetur il-

le qui est sanctus
sanctorum:
cui sit
glo-
ria in secula seculorum.

POST